91.M
16892
50635/B

M.W. Paris. 5.06.

TALMUD

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30549152

TALMUD.

Discursus Gemaricus de incestu, creatione, et currus opere... Commentariis illustratus a J. H. H.

1704

lj R P.

10/52.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

D O fori I N O

CAROLO

LANDGRAVIO HASSIÆ, PRINCIPI HERSFELDIÆ, COMITI CATTIMELOBOCI, DECIÆ, ZIEGENHEINÆ, NIDDÆ, SCHAUMBURGI &c.

HEROI FORTISSIMO, PIO, FELICI, MAGNANIMO, DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

JUVENILEM HUNC LABOREM
SACRUM FACIT,

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS
HENR. ex HENR. NEP. TIG.

DEDICATIO.

DIU mecum deliberavi, SERENISSIME PRINCEPS, quo jure Auguſtum Tuum Nomen in hujuſce Opuſculi fronte mihi ponere liceret: nam cùm tenuitatis meæ conſcius animo revolverem, me in remotiſſimis Helvetiæ oris eſſe natum, Tibique hactenus nullis nominibus commendatum, & cùm ſcripti mei rationem intuerer, quæ apud pleroſque inſolita eſt, & ad pauciſſimorum hominum guſtum accommodata, vix à me impetrare potui, ut Illuſtri Tuo Nomini huncce meum libellum inſcriberem. Verumtamen rationibus aliis quàm æquiſſimis eo adductus ſum, ut crediderim dedicationem meam Tibi nequaquam fore inacceptam. Quid enim æquius, quàm ut laborum meorum Primitias ei conſecrem, qui eorum quodammodo Auctor

eſt,

eſt, utpote cujus cura factum, ut Clariſſimi Viri, & in rei literariæ Palæſtra exercitatiſſimi ad Juventutem informandam conſtituerentur, in quos me incidiſſe fateor, cùm in amoeniſſima iſta Muſarum ſede Marburgenſi verſarer, & Theologicis pariter ac Philologicis ſtudiis operam navarem, quod beneficium nullo non tempore gratiſſimo animo agnoſcam. At verò nonne hæc inclita illa Academia eſt, quæ Prudentia & Virtute Tua regitur, quæ maximum Decus, ac Splendorem ſapientiſſimo Tuo Regimine conſecuta eſt. Sed hæc non ſola, atque unica cauſa eſt, quamobrem levidenſe hoc ſubmiſſi animi munuſculum SERENITATI TUÆ obtulerim, etenim pluribus mihi cognitum eſt experimentis, quanti bonarum Literarum ſtudia æſtimes, & quam benevolum te erga omnigenos Liberalium Artium Cultores exhibeas: quamvis ingens belli gloria, atque præclara Fortitudinis Tuæ fama hoc præſertim tempore totum peragret Orbem, non minor tamen laus ex ſingulari Tuo amore, quo rem Literariam ſummo ſtudio promoves, SERENITATEM TUAM manet. Hinc tutum mihi pollicitus aditum, ſperavi non minus gratum

Tibi hocce munuſculum fore, quod Minerva, quàm quod Marte impetratum eſt. Quin imò ſi non alia, certè hæc ad me permovendum, SERENISSIME PRINCEPS, ſufficiens cauſa eſſe poterat, quod Divina Providentia Eccleſiæ noſtræ Reformatæ Nutritius datus fueris: illam, quando variis perſecutionum procellis jactata, protexeris, profugos propter confeſſionem Nominis Chriſti maximis beneficiis cumulaveris, nonne fas eſt publicas pro inſigni tua beneficentia grates referre? Taceo plurima alia tua merita, quæ integra, illibataque cogitationibus reſervare reverentius eſt, quàm carptim breviterque perſtringere. Ego verò, quod partium mearum eſt, Deum Ter Optimum Maximum pro ſalute tua precor, ut eundem generoſum SERENISSIMI PRINCIPIS pro felici Eccleſiæ ſtatu, pro proſpero ſtudiorum ſucceſſu animum, animo iſti tempus quàm longiſſimum tribuat. Dabam Lugduni in Batavis, die XII. Februarii. Anno à Meſſia nato M DCC IV.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO,

Antiquitatum Hebraicarum amatori

P. S.

COgitabam communicare tecum, Lector Benevole, integrum titulum Talmudicum, qui חגיגה *inſcribitur & illum quidem in Linguam Latinam tranſlatum, ex R. Salomonis & Authorum Toſaphot perpetuis Commentariis illuſtratum, nonnunquam cum Phraſeologia Novi Teſtamenti collatum, ſed, quominus conſilium ſemel captum perficerem, aliæ cauſæ propoſitum immutarunt. Fato quodam anguſtiis commeatûs incluſus ſufficienti tempore ad illum imprimendum deſtituor, etenim citiùs, quam mecum conſtitueram, iter in Patriam ſuſcipere teneor. Videbam quoque Methodum, qua ſingula textus verba vertuntur, Viris quibuſdam Doctiſſimis minus probari,* omnia enim vertere eſſe nimis tædioſum, imitandas eſſe apes, quæ mel undique ex infinitis floſculis congerant. *Fateor eſſe laborioſum & tædio plenum, ſed quoque arbitror eſſe ipſa difficultate fructuoſum, vel quis negabit ex ipſis circumſtantiis, quas memorare ſupervacaneum laborem ducunt, nonnunquam genuinum ſenſum pernoſci poſſe, hinc plures earum incurioſi lectores in*

alium

alium planè ſenſum abducebantur. Non malè, ſi quis apum inſtar optima quæque ſeligit, ſed illum nondum natum exiſtimo, qui delicatis ævi hujus ingeniis optima quæque ſeligere novit, quod tibi optimum videtur, ſtatim alius in eligendo te aberraſſe dicet, ſcis enim varia eſſe hominum Judicia, varias voluntates, aliud alios ex diverſis animi motibus movere, iſte verba captat, tu rem & ſenſum ſectaris, ſic potius omnibus aliquid, quod approbent, dandum eſſe puto. Quum, ut dixi, ob iniquum temporis ſpatium conſilium mutare coactus fui, placuit ex illo ipſo tractatu, qui paratus eſt, & ultimâ ſolùm limâ indiget, thema juxta mentem Judæorum ſanctiſſimum, non coram quavis turba docendum ſecernere. Illud in tria membra diviſum eſt, in dogma de Inceſtu, Opere Creationis, & Currûs, *quorum unumquodque cautè à Magiſtris tractandum, illius coram tribus, iſtius coram duobus, hujus verò coram uno expoſitionem ſapientes prohibent, quas autem ob rationes, quibus cum reſtrictionibus Lectorem ad ipſum Opuſculum ablegamus. Si ullum, certè hoc Judæorum dogma de* Opere Currûs *conſideratione dignum eſt, in quo plura reconditæ Hebræorum ſapientiæ, antiquæ Veterum fidei monumenta exſtant, unde ob excellentiam vocare ſolent* דבר גדול מעשה מרכבה Rem magnam Opus Currûs, *in quo ſublimia iſta Myſteria de Deo, illius eſſentia, de Angelis, eorumque Natura, & officio continentur, quorum notitia ſublimis eſt, & communem hominum captum ſuperat, ideoque lege cautum eſt,* ne coram uno Opus Currûs exponatur, niſi fuerit ſapiens, atque ex ſeipſo intelligens, *qui* ex principiis capitum, *ut vocare ſolent, velut ex brevi*

partium

partium delineatione totam doctrinam mediante ſagacitate ſua ritè intelligere poſſit, cujus mens omnigena, & profunda ſcientia imbuta eſſe debet, aliter cogitata perturbantur, oculi mentis occæcantur, quod Maimonides ingenioſè in ſuis fundamentis Legis proponit: אין ראוי לטייל בפרדס אלא מי שנתמלא כרסו לחם ובשר nemini licet in Paradiſo ambulare (*idem valet, ac occupatum eſſe circa cognitionem Operis Currûs*) niſi cujus venter pane ac carne impletus eſt, *cujus ſtomachus ſolidis cibis digerendis idoneus eſt. Viſum eſt, ubi rei neceſſitas exigebat, annotationes adjicere, quæ maximam partem ex interpretatione R. Salomonis, Iſaacidis cognomento, conſtant: hic enim unanimi Judæorum ſuffragio Commentatorum maximus habetur; ſi verò aliquid humani in commentando paſſus eſt, ſtatim viri inſigniter docti, Authores Toſaphot dicti, errorem deprehenderunt, quem in finem illos quoque adire conſultum duxi, & ſi nonnunquam illorum verba menti Gemaræ cognoſcendæ lucem affundunt, illa appoſui. Præcipuus tamen ſcopus & Gemaræ, legendæ pariter & vertendæ, is fuit,* ut ea obſervem, quæ facem aliquam præbere videntur ſacris paginis, præſertim verò vel Phraſeologiis, vel ſententiis, vel Hiſtoriæ Novi Teſtamenti, *ut verba Doctiſſimi Ligtfooti, plurima Novi Teſtamenti loca difficiliora ex ſola Talmudis aſſidua lectione, judicioſaque collatione, feliciter explicantis mea facerem, idque eo magis, quia admiratione & amore ſcriptorum hujus Viri penitus captus ad Gemaram animum compoſui. Scias autem velim, Benevole Le-*

ctor, me, quicquid hujus Opuſculi eſt, in Illuſtri Lugduno Batava Academia publicæ ventilationi ſubjeciſſe, Præſidibus Celeberrimis, ſummis in Orbe Theologis D. JACOBO TRIGLANDIO, I. F. I. N. D. JOHANNE à MARK, D. HERMANNO WITSIO, D. SALOMONE VAN TIL, *Fautoribus & Patronis æternum colendis, venerandis. Hæc ſunt, quæ te ſcire volui; Utere, ſi per tempus vacat, hoc qualicunque labore, & vive feliciſſimè.*

VALE.

Orna-

Ornatiſſimo ac Doctiſſimo

VIRO

D. JOHANNI HENRICO HOTTINGERO

S. P. D.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

DIſſertationes tuas Theologico-Philologicas de Inceſtu, Opere Creationis & Currus, nuper Lugduno in Batavis ad me tranſmiſſas maxima cum jucunditate perlegi, verſionem Gemaræ, expoſitiones parabolarum, & plurimorum Veteris & Novi Teſtamenti locorum illuſtrationes multo cum judicio adornatas vidi, tu brevi hoc rerum Gemaricarum ſpecimine ſatis perſpicue oſtendiſti, quantum impoſterum, ſi ita perrexeris, ad hocce genus literarum promovendum, valeas, ad quod Deum O. M. tibi propitium opto. Atque hoc mihi eo gratius fuit, quia dum Amſtelædami mecum habitabas, & quotidianis meis Talmudicò-Miſnicis exercitiis fruebaris, tibi aliquoties auctor fui, ut ſtudium Gemaricum iis adjungeres, quia cernebam te incredibili ingenii felicitate & continua diligentia maximas ſuperare difficultates, uſque adeo ut ad hoc ipſum ſtudium veluti natus videreris, quamvis ob peregrinum Gemaræ ſtylum, & argumenti illius varietatem ab incepto deterreres. Nec temere, multi enim, qui Gemaram nunquam inſpexerunt, quadam præconcepta opinione credunt, eam mera cerebri Judaici figmenta continere, alii, qui aliquantulum in ipſa verſati ſunt, naturam Gemaræ & vim argumenti nequaquam intelligunt, alii deniqne qui de iis aliquid perceperunt, nihil ad communem fructum adferre, nec aliis prodeſſe poſſunt, ſed cum umbraticis Judæorum docto-

 ribus

ribus comparandi, qui illud כלומר & קל וחומר continuo in ore habent, & propterea parum veri, ſed ſatis verborum in diſputando adferunt. Te vero utilitati ac commodis è Gemara in Sacra ſcripta redundantibus unicè deditum eſſe, hiſce tuis primitiis teſtatus es. Et cum literarum Gemaricarum tantum ſis ornamentum, tantumque de te nobis promittas, me continere non poſſum, quin de Sex Gemaræ interpretandæ modis è libro, qui inſcribitur כונות האגדות ſive כפתר ופרח aliquid in tuum uſum ex Hebraico in Latinum ſermonem transferam. Notat itaque auctor in præfatione ſua hoſce ſex eſſe parabolas explicandi modos, quorum primus vocatur תימה אפשרית *Admiratio poſſibilis.* Secundus vero גוזמא והבאי *Hyperbolica locutio*, ſicuti dicitur in Gemara titulo chulin capite ſeptimo folio nonageſimo col. 2. דברו חכמים בלשון הבאי *locuti ſunt ſapientes Hyperbolice*, ubi loquuntur de loco quopiam in altari, in quo trecenti cineris modii inveniebantur. Tertius eſt פשט סתום *ſimplex & obſcurus*, id eſt *amphibolicus.* Quartus dicitur משלים *Allegoria*, ſive *modus allegoricus.* Quintus, קובלות qui *traditione* vel *teſtimoniis* colligitur. Sextus denique חלום *qui ex inſomniis percipitur.* Quod attinet *admirationem poſſibilem*, ea cernitur in libro Jobi, in quo multa occurrunt, quæ ex תימה, גוזמא & אפשר *admiratione, hyperbole, & poſſibili* compoſita ſunt, nimirum quod ea ad unum ex hiſce tribus modis referri poſſint. Et quemadmodum hi modi in Jobo ab antiquiſſimis temporibus obtinuerunt, ita quoque futuris deinde temporibus à Talmudicis factum eſt, ſicuti legimus in Gemara titulo Bava Batra capite quinto folio ſeptuageſimo tertio, columna prima, & ſequentibus, ubi agitur de mirabilibus maris, quibus navis aliqua undis ignem continentibus in profundum demergitur, quod infortunium per trecenta miliaria divulgatum fuit, cum undæ per totidem miliaria ſurſum elevatæ viderentur, &c. Sicuti dixit ibid. Bar Bar Channa. Quæ parabola reſpicit impios, quibuſcum pii in una navi vehuntur aliquando, quamobrem juſti cum injuſtis in hoc mundo pati videmus. Præterea גוזמא ſive *hyperbole* occurrit in Lege, in prophetis, atque in Hagiographis, verbi gratia, Numerorum capite decimo tertio, commate triceſimo tertio dicitur, quod

נפילים

נפּולים ſive filii Anac ſimiles ſint locuſtis; & Deuteronomii capite primo, commate viceſimo octavo, de urbibus refertur, quod altitudine ſua cœlum attingerent, ſed hæc per admirationem & hyperbolem intelligenda eſſe nemo non novit. Simili modo dicitur priori Reg. capite primo, commate quadrageſimo *& terra diffindebatur clamore ipſorum:* & apud Danielem capite quinto commate primo narratur de Rege Belthazare, ולקבל אלפא חמרא שתי *& contra mille vinum vibebat.* Et apud Jobum capite quadrageſimo primo commate decimo legitur, quòd è Leviatanis ore לפּידים provenirent. פּשט סתום ſive *amphibolia* occurrit in Gemara Berachot fol. octavo col. 1. uti dicitur à Rabbi Chaja Bar Ammi in nomine Ulæ, quòd Templo deſtructo Deo tantum quatuor in mundo conſtitutionis Miſnicæ cubiti ſint, ubi per *quatuor cubitos* intelliguntur quatuor literæ vocis tetragrammati יהוה, quæ poſt deſtructionem Templi per totum terrarum orbem diſſeminata fuit. משלים *allegoriæ*, hiſce ſcatent prophetarum ſcripta, inter alia dicitur ab Ezechiel סיר נפוח אני ראה *ollam inflatam ego video*, quæ verba applicant in inflata Iſraëlitarum peccata. Et apud Ezechielem capite decimo ſeptimo, commate ſecundo, ubi Deus ipſi præcipit ut משל וחידה *Proverbia & Ænigmata* dicat; & ſic aliis in locis bene multis. Ad hanc allegoriam referes, quando in Gemara Berachot capite primo dicitur, quod Deus induat Phylacteria, & ſe cooperiat palliolo טלית dicto, & id genus alia: קיבלות *Traditio*, hæc extat in Gemara *B*ava Batra capite quinto fol 78. col. 1. ubi verba Jeſajæ capite quinquageſimo quarto, commate duodecimo ושמתי כדכד שמשותיך וגו' *& diſponam pyropo ſpecularia tua* &c. ad finem commatis à Rabbi Jochanan exponuntur de Jeroſolyma cœleſti & horto Edenis; & hoc modo in aliis plurimis locis, quæ explicationibus duntaxat oralibus nituntur. Ultimus tandem interpretandi modus fit בחלום *per inſomnia*, ſicuti Geneſeos capite viceſimo octavo, commate duodecimo, dicitur. *Et ſomniabat Jacobus, & ecce ſcala quæ in terra poſita erat, ad cœlum uſque pertingebat &c.* Poſtea commate decimo tertio Jacobus expergefactus dixit, *certè Dominus eſt in hoc loco*, quia ſciebat ſibi in ſomnio contigiſſe prophetiam. Sic etiam in Gemara Bava Batra fol. 78. col. 1. dicitur, quod non nemo diſcipulus illuſerat R. Jochananem, quia dixerat fore, ut Deus

nedictus margaritas perforaret in ſpatio decem ulnarum undiquaque, quæ portis cœleſtis Jeroſolymæ affigendæ eſſent: ſed diſcipulus iſte poſtea ſomniavit ſe in navi eſſe, quæ profundum petebat, animamque ſuum aſcendiſſe in cœlum, ibique angelos Dei margaritas in ſupra dicta quantitate perforaſſe, quæ cum vidiſſet, rogavit quorſum iſtæ margaritæ? reſponderunt angeli, eas conſtituendas eſſe in portis Jeroſolymæ cœleſtis. Senſus hujus hiſtoriæ eſt, quod diſcipulus hicce prius incredulus eſſet, quia putarat R. Jochananem locutum fuiſſe de terreſtri Jeroſolyma, ſed poſtquam per ſomnium aliter viderat, credidit rem ita eſſe, quia ſomniis erat habenda fides. Vides itaque ex hiſce ſex modis interpretandi אגדות nihil novi à veteribus Talmudicis allatum eſſe, verum ipſos hac in parte ſacrarum paginarum naturam ſanctiſſimè imitatos fuiſſe. Hæc in breve aliquod ſpecimen ad te tranſmiſi, ut tibi rerum abſtruſarum guſtum aliquem darem, reliqua tu ipſe potius ex auctore à me allegato petes, quem tibi inprimis in allegoriis Talmudicis commendatum volo, cum in iis explanandis nullus inveniatur præſtantior. Vale. Scripſi Amſtelædami ad tertium decimum Febr. diem 1704.

פיוט ושבח לכבודו של התורני

האדון מו״הרר

יוחנן הענריק האטינגר

י־גיל לבי וישמח כבודי·
ו־בראות מאוהבי חביבי וידידי·
ח־כם הרזים אלופי ומיעדי·
נ־בון לחש משגבי וחסדי·
נ־תוודע בלשון תלמוד הכלדי·
לפרש דברי עריות התלמודי·
ה־ן אביו זקנו פעל כזאת·
ע־מד לגלות פלא החזות·
נ־תאמץ בנו תחתיו במחזות·
ר־צון שמים עשה בעילזות·
י־וחנן בנו קם בזריזות·
ק־רי ותנא בסתומין כבפרוזות·
להוציא מעשה בראשית ורזות·
ה־חוט המשולש לא ינתק·
א־מרותיו כחלב ודבש סתק·
ט־מורת הוציא כחמה מנרתק·
י־געו בנעלמים ולא שותק·
נ־הללו אותו ולא נעתק·
ג־ודל תפארת אבותיו העתק·
ר־כב המתגאה בכסא סוותק·
להאזין יוחנן במרכבה מלאכיו משתק·

Lugd. Batav. 4. Calend. Martii
M. D. C. C. IV.

Hiſce Doctiſſimo Auctori, Majorum ſuorum veſtigia ſtrenuè prementi, memoriam ſui commendat.

JUSTUS CHRISTOPH DITHMAR.

Multorum doctis, quæ nunc tu porrigis actu
Cenſuris, cupiunt plaudere ſcripta tibi:
Ingenii vires, quid non induſtria poſſint
Monſtras aſſiduâ quid valeas operâ.
Si verum in Veteri verbo quod dicere ſueti,
Quod vendant ſuperi cuncta labore Dii:
Certum te jubeo, quod præmia digna manebunt,
Ingentem laudem quodque viſurus eris.
Macte animo, veſtigia magna *parentis avique*
Te valide moveant, exprime, magnus eris.
Te porro benedictio ſummi Regis Jovæ
Adjuvet in ſtudiis, atque labore tuo.

Lugd. Bat. die 15. Jan.
1704.

Hiſce patrueli ſuo optimo & Amico ſuaviſſimo amicitiam ſuam teſtatur l.m.q. obſignat

JOH. JACOBUS HOTTINGERUS
F. H. N.

VIRO-JUVENI,

Ad ſingulare Orbis Chriſtiani & Literati decus nato,

D. JOH. HENR. HOTTINGERO, HENR. EX HENR. Nep.

AMICO,

Et ob egregiam indolem,
& commune contubernium junctiſſimo,

Cum Lucubratiſſimam de Inceſtu, Opere Creationis & Currûs Diſſertationem ad Tract. Chaggigah Miſn. 2. cap. 11, ederet.

S.

Plaudite Sicelides, quondam mea Numina, Muſæ,
 Si quis adhuc noſtri pectore ſpirat amor.
Surgite de vitreis ſpumoſæ Aganippidos undis,
 Jamdudum officium denegat illa ſuum.
Pocula *Jordanus* jam vobis, pocula *Kidron*
 Porrigit, Aoniis limpidiora vadis.
Quid juvat ad Grajas ſemper ceciniſſe Cathedras?
 Quid Stagiritanæ præmia ferre Scholæ?
Ite ad barbatos, carioſaque pulpita, Patres,
 Ipſa vocat veſtrum nunc Synagoga melos.
Jungite pſalterio citharas, cum cornubus æra,
 Et cum Judaico murmure cantus eat!
Tollitur inſignis JUVENIS, celſoque, tot inter
 Velatos Patres, gaudet honore frui.

*** Ipſe

Ipſe eſt, egregiis qui legem & jura Magiſtris
Hauſerat, Hillel, opus, Gamaleelque tuum.
Qua dignum te laude feram, Dilecte, quibuſve
Virtutem numeris commemorabo tuam?
Non patriam referam, *Tigurinaque* limina, terram,
Quæque ejus ſteterint ſidera fixa polo.
Nec memores, nec *Avi* celeberrima nomina, faſtus,
Nomina poſt ſeros non moribunda dies.
Quid juvat, aut Patriæ, quid avorum nomine tolli,
Quem virtus propria luce & honore probat?
Te tua per medios penetrans doctrina receſſus,
Priſcaque concelebrant, cum pietate, fides.
Huc una properate omnes, & quicquid ubique
Iſaâcidum eſt! veſtro eſt res memoranda choro.
Panditur, abſtruſis tecta ut ſunt jura latebris,
Inceſtus; nec non *Ezechielis opus*.
Inde per immenſi prima *incunabula mundi*
Itur, vix ullo te præeunte viam.
Quæ *tribus* illicita eſt, ſubiiſti ſolus, arenam,
Præ tribus hinc nomen tu *Sapientis* habes.
Perge bonis avibus tenebroſi jura Lycæi
Pandere, nox lucem præferet ipſa Tibi.
Sic Tigurinorum te prole ſuperbiet arvum,
Et patria applaudet cive cathedra ſuo.
Sic veluti Patriis ales Titania buſtis,
Nomine tu reddes nomina Avita Tuo.

Amicitiæ & Honoris ergo
hæc deproperabat

LUDOVICUS WOLTERS.
Holmia Suecus.

ἸΟΑΝΝΗ ἩΝΡΙΚΩ ὈΤΤΙΝΓΗΡΩ.

Τὰς τῶν Ἑβραίων περὶ τοῦ ἀνόμου γάμου, ποιήσεώς τε τοῦ κόσμου, καὶ τοῦ ὁράματος Ἰεσεκιὴλ παραδόσεις καλῶς μάλιστα διερμηνευομένους καὶ παραφραζομένους.

Ὀττινγηριάδη γένος ἀγλαὲ, ὃς μέγα θαῦμα
Ἀνθρώποις ἐγένου, καὶ ἀνδράσι πολλὰ δαεῖσι.
Οἵην ἀρετὴν, οἷος ἐσσὶ, καὶ σι οἴδασι πάντες ἄριστοι:
Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδες ἄστεα, καὶ νόον ἔγνως:
Ἀιὲν ἀριστεύειν μελετᾷς, ὅτι σοὶ μένος ἠῢ,
Καὶ φρένες ἐν στήθεσσιν ἐναίσιμαι ἠδὲ καὶ ἐσθλαί.
Πατρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καλλὸν τέκος εὔχεσαι εἶναι,
Ὃν μαλά περ φρονέοντα χυτὴ κατὰ γαῖα καλύψε.
Πατρὸς σοῖο πατὴρ ἀρετῇ ἦν ἔξοχος ἄλλων,
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν λυγερῷ θανάτῳ καὶ μοῖρα κραταιὰ
Δμηθεὶς λίπ' ἄλοχόν τε φίλην καὶ νήπια τέκνα.

Ὡς γὰρ ῥ' ἢ βούλῃ Θεὸς ἤθελε πᾶσιν ἀνάσσων.

Θάρσει ΟΤΤΙΝΓΗΡΙΑΔΗ φρεσὶ, μηδέ τι τάρβει,

Ὃς κεν ἐπιστάμενος περὶ πάντων ἄρτια βάζειν,

Ἢ νέον, ἠὲ παλαιόν. ἐτήτυμον ὅττι κεν εἴπεις,

Οὐδ' ἄλιον περ ἔπος, πολλῶν πέρι μήδεα εἰδώς.

Ἀλλὰ γε νῦν σπεύδεις οἴκονδ' εἰς πατρίδα γαῖαν,

Νόστου δὴ γλυκέρου μνήσας, ἕτεροι δὲ χολῶνται

Πένθος ἄλαστον ἔχοντες, ἐγὼ δὲ μάλ' ἔξοχα πάντων.

Ἄγ' ἴθ' ἐπεὶ γ' ἐθέλῃς, ἀλλ' οὔποτ' ἀπόντος ἐμεῖο

Μνήσασθαι λήθη σε λάβοι, κεχαρισμένε θυμῷ.

Τοῖος μὲν σοὶ πομπὸς ὀπάσσεται ἐξ Οὐρανοῖο,

Ὅς ἄξει εἴως κεν ἄγων οἴκονδε πελάσσῃ.

LEONARDUS BLOM.

אשרי

אשרי מי שבא לכאן ותלמודו בידו: לראות בגודל שבח והודו:
של החכם הכולל המפולפל החריף והבקי: משנתו ותלמודו קב ונקי:
הלא הוא תלמיד חבר: כל אורייתא סובל וסבר: ומפרש מילין דנהר כבר:
כבוד שמו נאה לו: מוה"רר יוחנן הענריק האטינגר תהלה באהלו:
ועל כן בעטי: שיר מתקתי: ושמו קבעתי: אז להגתי; בשיר חגי"גתי:

רצה אל שבחות ושיריות:
יראה שורש הדברים והאמתיות:
יזוק המאמרים ויפה כוונות:
ותנו בידו כחרב פיפיות:
פש יוחנן חשקה לתלפיות: לברר סוד פרשת עריות:
נראה כזאת ומי השית:
בד ורב ינוק וקשית:
תינת טעם לאחרית וראשית:
ם ונשא שומת כבשית:
וחנן בני דורש כבושית:
ולו נאה ונעים בחרשירת: לדרוש מעשה בראשית:
חולץ מתניו לארכה ולרחבה:
ומן המהלל לרוכב בערבה:
מירין אשר בדת כתובה
דיו אמונים באהבה וחיבה:
כנס ויצא בשלום כעקיבא:
ן עדן חזה במסיבה:
גיג ותמיד בדבש וחלבה: להבין מדעתו מעשה המרכבה:

ועל כן נתתי ידי: כי אני לדודי: והאלהים הרוע' אותי מעודי:
יזכה אותי עוד בטוב פי ידידי:

כ"ד הקטן שמואל בלאא הרב הגדול והגאון החסיד מומה"רר
משה זצ"לחה דלונטש מקק הראדני.

בראותי החבור הנחמד של האברך חכם ונבון

יוחנן הינריך הוטינגר ממדינת שווייץ וראיתי

כי כנים ואמתיים כל דבריו וראויים הם שיתפרסמו בעולם

נשאתי משלי בשיר ושבח ותהלה /

ישמחו עמים בראותם דברים חדשים מאירים באור תו רה,
ולא נראה כזה עד היום אשר האיר לעין זוהר וניצוצי או רה,
חכמה ודעת וכל טוב מלא על גדותיו בחור מעם סגזע יק רה,
נפלאות ידבר במסכת חגיגה אשר העתיק ללשונו הצח וב רה,
נעמו דבריו לחכי כדבש דובב שפתי ישנים הולך למישרים יש רה,
הוציא לאור כל תעלומה בסימנים רשומים בצדק נבוכים מו רה,
יש בומדעת זקינו הוטינגר הידוע בחיבוריו שעל גדולתו יו רה,
נשמעו דבריו אל קצוי ארץ וכל שומעיו יתנו לו נזר ועט רה,
רשום בכתב אמת טוב ויפה אשר דיבר בשכלו הצלול לבא רה
ישנו פה משנה ותלמוד רש"י ותוספות מבוארים בשפה ברו רה'
קטן וגדול שם אחוז בהוד יופי לשון רומי גלויה ומבוא רה'
הפליא לעשות בזה ותמלא כל הארץ דעה להבין כדת וכשו רה'
ולא נפל דבר מכל הטוב אשר לא הביא בילקוטו הטהו רה'
טובה חכמה מכלי קרב ויפה מכל און והון כח וגבו רה'
ידו בכל ויד כל בו מעשה בראשית והמרכבה עד גמי רה'
נפשו נפש יקרה ביתרון הכשר חכמה ובינה אספקלריה מאי רה'
גדולים מעשיו בימי עלומיו מה יעשה לעת ההוד והד רה'
רב לי אל אוסף דבר עוד כי לא עצרתי כח שבחו לשע רה'

והיה זה היום רביעי עשרים יום לחדש כסליו התס"ד

נאם זיסקינד אלכסנדר בן מוהר"ר שמואל זצ"ל סנטרפאר ממיץ

EX-

EXCERPTA GEMARÆ
IN
MISNAM PRIMAM
CAPITIS SECUNDI
CODICIS חגיגה

פרק ב : מתני׳ א : אין
דורשין בעריות בשלשה
ולא במעשה בראשית
בשנים ולא במרכבה
ביחיד אלא אם כן היה
חכם וסבין מדעתו׃ כל
המסתכל בארבעה דברים
רתוי לו כאלו לא בא
לעולם : מה למעלה מה
למטה מה לפנים ומה
לאחור וכל שלא חס על
כבוד קונו רתוי לו שלא
בא לעולם׃

CApue II. Miſna I. Non diſquirunt de inceſtu præſentibus tribus, nec de opere creationis duobus, neque de opere currûs privatim, niſi fuerit Sapiens, atque ex ſeipſo intelligens. Quicunque conſiderat hæc quatuor, ei melius fuiſſet ſi non intraſſet mundum: ſcilicet id, quod ſupra eſt, & quod infra eſt, quod ante ipſum, quod poſt ipſum eſt. Et quicunque non attendit ad honorem creatoris ſui, ei melius fuiſſet, ſi non intraſſet mundum.

גמ׳ אמרת ברושא ולא
במרכבה ביחיד והדר אמרת
אלא אם כן היה חכם
וסבין מדעתו הכי קאמר

Gemara. (1) In principio dicis: Non diſquirunt de opere currûs ſolùm: ſed ſtatim ſubjungis, niſi fuerit Sapiens,

אין דורשין בעריות לשלשה ולא במעשה בראשית לשנים ולא במרכבה ליחיד אלא אם כן היה חכם ומבין מדעתו : אין דורשין בעריות בשלשה : מאי טעמא אילימא משום דכתיב איש איש אל כל שאר בשרו איש איש תרי שאר בשרו חד ואמר רחמנא לא תקרבו לגלות ערוה אלא מעתה דכתיב איש איש כי יקלל אלקיו איש איש אשר יתן מזרעו למלך הכי נמי אלא הנהו מיבעי ליה לרבות את הגוים שמוזהרין על ברכת השם ועל עבודה זרה כישראל וכו' אלא אמר רב אשי מאי אין דורשין בעריות בשלשה אין דורשין בסתרי עריות בשלשה מאי טעמא סברא הוא כי תרי כי יתבי קמי רבייהו חד שקיל וטרי בהדי רביה ואידך מצלי אודניה לגמרא תלתא חד שקיל וטרי בהדי רביה והנך תרי שקלו וטרו בהדי הדדי ולא ידעי

atque ex ſeipſo intelligens: Sic tradit: Non diſquirunt de inceſtu coram tribus, nec de opere creationis coram duobus, neque de opere currûs coram uno, (2) niſi fuerit Sapiens, atque ex ſeipſo intelligens. Non diſquirunt de inceſtu coram tribus. Quænam hujus rei ratio eſt? An dicendum quia ſcriptum eſt: Levit. 18: 6. *Vir Vir ad ullum propinquum carnis ſuæ*, *Vir vir*, indigitat duos, *propinquus carnis ſuæ*, unum: Hos tres alloquitur Scriptura *in eodem verſu*, (3) *nolite accedere ad revelandum nuditatem* (id eſt, ad diſſerendum de Materia inceſtuum ſecundum Gemaram.) At nunc *regero*: Scriptum quoque eſt, Levit. 24: 15. *Vir vir, quum blaſphemaverit Deum ſuum*, & eod. l. 20: 2. *Vir vir, qui dederit de ſemine ſuo Molecho.* Ergo quoque (de blaſphemia & Molecho non diſſerendum eſt, quia hi loci eundem numerum ternarium conficiunt;) Reſp. Neg. Hæc *poſteriora* loca requirunt, ut

(4) Gen-

מאי קאמר רביהו ואתו למישרי איסורא בעריות אי הכי כל התורה נמי עריות שני דאמר מר גזל ועריות נפשו מחמדתן ומתאוה להם אי הכי גזל נמי עריות בין בפניו בין שלא בפניו נפיש יצריה גזל בפניו צפיש ינריה שלא בפניו לא צפיש יזריה:

(4) Gentes ſimul includantur, nam & Gentes, ſicut Iſraël, non audent Deo maledicere, nec Idololatriam committere, &c. Verùm dixit R. Aſchi: Quid ſibi vult, *Non diſquirunt de inceſtu coram tribus?* R. Non inquirunt (5) in occulta inceſtuum tribus præſentibus. Quæ ratio? Probabilis ſententia hæc eſt, nam cùm duo ſint, qui ſedent coram Rabbino, tum eorum (6) unus accipit, & dat cum Rabbino (diſputat,) alter verò (7) aures ad Gemaram arrigit. Si verò tres eſſent, tum unus cùm Rabbino, & cœteri duo quoque unâ diſputarent, neſcirentque, quid Rabbinus dixerit, (8) ſicque facili modo prohibitos Inceſtuum caſus permittere poſſent. Obj. ſi hæc ratio valeret, tum idem de tota lege *cenſendum, nec hæc argutè exponenda* eſſet; R. Differentia eſt ratione inceſtuum: dixit enim Mar (9) Rapinam, & inceſtus anima deſiderat, & appetit: Si ita ſe res habet, tum quoque non licet de rapina coram tribus diſſerere. Inceſtus multùm mentem hominis allicit, ſive ante oculos ſive non, rapina vero allicit, (10) ſi ante oculos, non autem, cùm ab oculis abſcondita eſt.

ANNOTATIONES.

(1.) Ex quatuor inſignibus commodis, quæ ſecum fert Gemara, illud primum locum meretur, ut omnes Miſnæ rationes, pronuntiata cum generalia, tum ſpecialia, וכל המשא ומתן omnemque collationem, quæ in ipſa datur, exponat: vertente Cl. L'Empereur c. 1. porta 1. in Halic. Olam. Idem commodum præſens noſtra Gemara præſtat, nam quum quædam pronuntiata Miſnæ minus congruere videntur, veram illius lectionem reſtituit. In principio dixerat. *Non diſquirunt de opere currûs ſolùm*, ſubjungit autem, *niſi fuerit ſapiens, atque ex ſeipſo intelligens*, quæ verba poſteriora juxta lectionem Miſnæ, notante Gemara, ſuperflua ſunt, ille enim, qui ſolus Opus Currûs exponit, nolens volens ſuis tantum viribus ad notitiam illius pervenit: Hinc Raſchi: כיון דיחידי הוא ואינו שומע מפי רב על כרחך מדעתו הוא מבין *quandoquidem ſolus eſt, neç aliquid percipit à Rabbino ſuo, tenetur ex ſeipſo intelligere.* Itaque Gemara aliam lectionem jure ſubſtituit, & loco illius, quod Miſna legit בשלשה *tribus præſentibus*, Rabbinum puta, & duos diſcipulos, Gemara legit לשלשה *inter tres diſcupulos*, לבר מן הדורש *excepto exponente*, juxta Raſchi: Sic in Opere Creationis, & Opere Currûs legendum eſt.

(2.) אלא אם כן היה חכם וכ"ו *niſi fuerit ſapiens &c.* Non licet Rabbino ſecreta Operis Currûs explicare coram rudi diſcipulo, cujus ingenium ſupra modum tardum eſt, quia hic non priùs rem intelligit, quàm illa apertis verbis, qualia in Myſteriis ob rerum reverentiam & ſublimitatem proferre non uſitatum eſt, expoſita ſit. Clarè Raſchi rationem nobis reddit: Verba, brevitatis cauſâ, Latinè tantum ſubjiciam: *Ne teneatur (diſcipulus) Rabbinum interrogare, quando occaſione expoſitionis dubitat, nam non ſolent claris verbis talia explicare.*

(3) לא תקרבו וג"ו *Nolite accedere,* Nullius ponderis hoc argumentum eſt, quo probare volunt, prohibitum eſſe Rabbino de inceſtu inter tres diſſerere, nam ſi tales argumentationes quicquam

quam valerent, latiſſimus campus luxuriantibus ingeniis quidvis fingendi apertus eſſet. Rectiùs Raſchi in Commentario ſuo ad hunc locum obſervat, ideo in plurali pronunciari לא תקרבי *nolite accedere* להזהיר הנקבה כזכר *ut fœmina æquè ac mas admoneatur.* Verùm quidem eſt verbum גלה nonnunquam rei occultæ revelationem, expoſitionem denotare, hinc ſæpiſſimè conjungitur cum aure ut 1. Sam. IX: 15. cap. XX. ℣. 12, 13. &c. Sed & hoc verum eſt, verba ſecundùm ſubjectam Materiam explicanda eſſe. Placet expoſitio Aben Eſræ ad hunc locum: לא תקרבו כנוי לשכיבה וכן ואקרב אל הנביאה וקרוב ממלת אל תגשו אל אשה verba לא תקרבו *habent ſignificatum concubitûs*, qualis eſt, Jeſ. 8: 3. *Et congrederer cum Prophetiſſa; &* קרוב *explicandum eſt ex dicto* Exodi cap. XIX: 15. *ne accedite ad uxorem.*

(4.) אלא הנהו וכ"ו *Sed hæc &c.* Judæorum commentum eſt, præcepta tempore Noachi à Deo injuncta, Gentiles æquè ac Judæos obligare, quippe filii ſeu poſteri Noachi gentiles quoque ſint, ea demum verò præcepta Judæos diſcernere, ipſoſque ſolos conſtringere, quæ Abrahamo, Patri Judæorum, non verò Gentilium, inculcata ſint. Præcepta hæc, ut vocant, Noachida, ſeptem numero ſunt, quæ tum, quia illuſtrationi Materiæ præſentis inſerviunt, tum aliter notatu haud indigna ſunt, ex Codice Sanhedrin cap. VII. aſcribam: שבע מצות נצטוו בני נוח דינין וברכת השם ועבודה זרה וגלוי עריות ושפיכת דמים וגזל ואבר מן החי: *Septem præcepta injuncta ſunt Noachi poſteris; de Judiciis, non exſecrando nomine Divino, Idololatria, Inceſtu, Homicidio, Rapina, Membro vivi animalis non comedendo.* Hinc clareſcit, quam infirma reſponſio Gemaræ ſit, ſub præcepto exſecrationis nominis divini, & Idololatriæ Gentes includi, cùm tamen, ut ritè objicitur, Gentes quoque ſub præcepto Inceſtûs, juxta Hypotheſin, contineantur.

(5.) בסתרי עריות וכ"ו *De occultis inceſtuum*, Intelliguntur caſus inceſtuum, qui in Lege divina nec memorati, nec explicati ſunt: quales ſunt, de filia uxoris vi compreſſæ, in fine c. I. hujus tractatûs: Nec non de matre ſoceri, aut ſocrûs.

(6) חד שקיל וכ"ו *unus accipit &c.* Similitudo hæc à mercatoribus deſumta eſt, quatenus bona vendentium & ementium juxta contractum permutantur, unus dat, alter accipit, & vice

verſâ. Ita mutuum in ſtudiis commercium viget, præceptor vendentis, diſcipulus ementis perſonam ſumit. Idem intendit gloſſa Raſchi: נושא ונותן בהלכה עם רבו *negotiatur in deciſione cum Rabbino ſuo.*

(7) מצלי אודניה וכ"ו *Arrigit aures ſuas &c.* Raſchi vult idem eſſe, ac מטה אזנו ושומע דבריהן *inclinat aurem ſuam, & audit verba illorum.* In hoc ſenſu verbum נטה ſæpius occurrit: ut Pſalm. 116: 2. Jeſ. 36: 17. &c.

(8) ואתו למישרי וכ"ו, verbotenus, *Venerunt ad concedendum prohibitum inceſtuum.* Singularem Emphaſin Talmudici in voce אתא *venire* habent, quum illius ſignificatus ſit docere, inſtruere. Hinc patet, quid ſibi velit formula uſitata. כי אתא ר' פלוני *Quum veniſſet Rabbi quidam* ex Iſraelitica regione in Babyloniam, qui in nomine Judæorum Hieroſolymitanorum Babylonios de novis juris deciſionibus edocuit. Convenit cum hac Phraſeologia Joh. v: 43. ἐλθεῖν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, *venire in nomine Patris*, enarrare, quæ ipſi Pater in mandatis dedit, ita ἐλθεῖν ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ *venire in nomine proprio*, doctrinam, non Dei, ſed propriam, commendare; Ipſum hoc verbum אתא in verſione Syriaca retinetur ܐܢܐ ܐܬܝܬ ܒܫܡܗ ܕܐܒܝ

Ratio verò, quare hi duo caſum in inceſtu prohibitum permiſſum eſſe doceant, duplex aſſignatur: Prima, quia, ut Bartenora dicit, לא יתנו לבם לשמוע מפי הרב כשדורש בו אסור *non adjungunt animum ad audiendum ſententiam Magiſtri exponentis prohibitiones inceſtûs.* Secunda, ex eodem fonte oritur, nam quum veram Magiſtri ſententiam non audiverunt, attamen inter eos dubium ortum fuit, æquo leviores in caſûs ejuſmodi deciſione eſſe ſolent על ידי שנפשו של אדם מתאוה להן ומחמדתן יותר משאר אסורים בתורה *quia anima hominis appetit, & deſiderat inceſtum, magis quàm cætera interdicta Legis.*

(9) גזל וערוית וכ"ו: Verba hæc ex tract. Maccot. cap. III. Miſna 15. petita ſunt.

(10) נפיש יצריה וכ"ו &c. Quum rapina ante oculos poſita eſt, & tunc figmentum cordis mali מתגבר *invaleſcit*, ſummo deſiderio illam ad ſe rapiendi flagrat, planè prout Acan, quum videret

deret inter ſpolia togam Babylonicam unam præſtantem, & ducentos ſiclos argenti & lingulam auream unam quinquaginta ſiclorum pondere, appetebat, ואחמדם ואקחם *concupiſcens ea accepi* Joſ. 7: 21. Quæ in genere Judæorum, de יצר רע *figmento, malo* mens ſit, inſpice doctiſſimas Obſervationes S. Clariſſ. Vitringæ lib. III. cap. VIII. & IX.

ולא במעשה בראשית
בשנים: מנא הני מילי
דתני רבנן כי שאל נא
לימים ראשנים יחיד שואל
ואין שנים שואלין יכול
ישאל אדם קודם שנברא
העולם תלמוד לומר למן
היום אשר ברא אלקים
אדם על הארץ יכול לא
ישאל אדם מששת ימי
בראשית תלמוד לומר
לימים ראשונים אשר
היו לפניך יכול ישאל אדם
מה למעלה ומה למטה מה
לפנים ומה לאחור תלמוד
לומר ולמקצה השמים
ועד קצה השמים מלמקצה
השמים ועד קצה השמים
אתה שואל ואין אתה שואל
מה למעלה מה למטה מה
לפנים מה לאחור השתא
דנפקא ליה מלמקצה

(1) Neque diſquirunt de opere creationis inter duos. Unde hæc deſumpta ſunt, quæ docent Rabbini? Ex loco Deut. IV. 32. *Nam interroga nunc à diebis primis &c.* unus ergo interroget, non duo. Fortè interrogabit homo id, quod ante mundum creatum eſt? Reſp. negatur; quia textus dicit, *inde ab eo die, quo creavit Deus hominem ſuper terram.* Fortaſſe non licitum eſt homini interrogare de ſex primis diebus creationis? (quia in illis homo nondum creatus) Negatur, ideo textus legit in eodem verſu *à diebus primis, qui fuerunt ante te.* Fortè interrogabit homo de iis, (2) quæ ſupra, & quæ infra, quæ ante, & quæ retro? Reſp. textus *idem* dicit: *& ab una extremitate cœli uſque ad alteram*

השמים ועד קצה השמים למן היום אשר ברא אלקים אדם על הארץ למה לי כדרבי אלעזר דאמר ר׳ אלעזר אדם הראשון מן הארץ על לרקיע שנאמר למן היום אשר ברא אלקים אדם על הארץ וכיון שסרח הניח הק״בה ידיו עליו ומיעטו שנאמר אחור וקדם צרתני ותשת עלי כפך אמר רב יהודה אמר רב אדם הראשון מסוף העולם ועד סופו היה שנאמר למן היום אשר ברא אלקים אדם על הארץ ולמקצה השמים ועד קצה השמים כיון שסרח הניח הק״בה ידו עליו ומיעטו שנאמר ותשת עלי כפך אי הכי קשו קראי אהדרי אידי ואידי חד שיעורא הוא׃

ram extremitatem cœli. Licitum quidem homini eſt interrogare de una extremitate cœli uſque ad alteram extremitatem cœli: Sed non licet interrogare de iis, quæ ſupra & de iis, quæ infra, quæ ante, & quæ retro. Jam cum hoc probatum ſit ex verbis, *ab una extremitate cœli uſque ad alteram extremitatem cœli*: Quid ergò ſibi volunt hæc verba, *inde ab eo die, quo creavit Deus hominem ſuper terram?* Reſp. Secundum R. Eleaſarem, (3) quòd primus homo à terra uſque ad cœlum porrigebatur, quia dicitur: *inde ab eo die quo creavit Deus hominem ſuper terram*, nam quum homo defecerat, Deus manum ſuam ſuper illum impoſuit, atque diminuit illum: prout dicitur Pſ. cxxxix: 5. (4) *Retrò & ante formaſti me, & imponis mihi manum tuam.* Dixit R. Jehuda, quod Raf dixerit, (5) Primus homo erat ab uno fine mundi uſque ad alterum ejus finem, quia dicitur: *inde ab eo die, quo creavit Deus hominem ſuper terram & ab una extremitate cœli uſque ad alteram extremitatem cœli*, nam quum homo defecerat, Deus O. M. manum ſuam

ſuper

ſuper illum poſuit, atque illum diminuit, prout dicitur: Pſ. cxxxix. (5) *Retrò & ante formaſti me, & imponis mihi manum tuam.* Si ita ſe res habet, tum dicta ſibi invicem contrariantur? *Reſp.* (6) *Longitudo à terra ad cœlum, & ab uno mundi fine ad alterum* ſunt ejuſdem diſtantiæ.

ANNOTATIONES.

(1.) ולא במעשה וכ"ו *Et non de opere &c.* Hebræi in diverſa abeunt, quando Operis Creationis genuinum ſenſum indagant. ſunt enim, qui myſticè illum intelligendum eſſe exiſtimant, & ex ipſis literis neſcio quæ portenta fingunt. Ab hoc ſenſu non alienus eſt R. Tam, de quo Auctores Toſaphot: פירש ר"ת הוא שם מ"ב אותיות היוצא מבראשית ומפסוק של אחריו *Explicat R. Tam,* Opus Creationis *eſt nomen 42. literarum prodeuntium ex primo & ſecundo verſu* c. 1. *Geneſeos.* Alii cum Bartenora intelligunt מעשה ששת ימי בראשית *opera creationis ſex dierum.* Maimonides Philoſophiæ Judaicæ Cultor inſignis ſcientiam rerum naturalium ſub hoc nomine venire putat. Ita in Commentario ad hanc Miſnam & juxta mentem ſapientum & ſuam loquitur: הם מבינים במעשה בראשית החכמה הטבעית והעסקה בתחלות המציות *ſapientes per* מעשה בראשית *intelligunt Phyſicam, & rerum Naturalium cognitionem intimam.* Vertente Clariſſimo Domino Surenhuſio, in Literatura hac Rabbinica Exercitatiſſimo, Præceptore, & Studiorum meorum Patrono æternùm colendo. Mirum autem videtur, quare rerum Naturalium ſcientiam intimiorem coram ſtipatâ diſcipulorum coronâ indagare prohibitum ſit: Audiamus eundem Maimonidem l. c. Verba ex Latina interpretatione Viri modò laudati hæc ſunt: *Vulgus non poteſt intelligere eas res, neque percipi poſſunt niſi ab uno ad unum ſigillatim ex traditione, nam exiguum eſt, quod exinde intelligit vulgus, & ſi Idiota ea audiat, corrumpitur fides illius, imaginando ſibi, quod veritati contraria ſunt.* Si pleniorem deductionem,

& exempla illuſtrantia deſideras, conſule Maimonidis Præf. ad Miſnam.

(2.) מה למעלה וכ"ו. Per id, quod ſupra, & id quod infra eſt, idem ſentiunt gloſſæ, Raſchi & Bartenora מה למעלה *quod ſupra eſt*, ſupra capita animalium, מה למטה *quod infra eſt*, infra terram. מה לפנים, quod ante חוץ למחיצת הרקיע למזרח *extra terminum expanſi in Oriente.* ומה לאחור & quod poſt, poſt terminum ſcil. expanſi in Occidente. Quod à Bartenora cum Raſchi dicitur מחיצה, illud Authores Toſaphot vocant כפה *convexitas cœlorum*; En verba: מה שיש אחורי הכפה מזרח מערב והוא הדין צפון ודרום *Quod eſt retro convexitatem cœlorum ad orientem, occidentem, ſic etiam ad ſeptentrionem & Meridiem*, illud ſcil. vocatur ante & poſt. Sunt quoque alii, qui explicant illud לפנים antequam mundus creatus fuit, & לאחור quod in poſterum futurum ſit.

(3.) אדם הראשון וכ"ו *Adam primus &c.* Niſi ſub immani hac Adami ſtatura Talmudici primævum ſtatum, omnibus numeris conſummatum, innuere velint, quatenus illi dominium ſuper totam terram, piſces, alites cœli, beſtias omnes à Deo conceſſum, at poſtquam ab illo defecerat, magna ex parte ademtum fuit, temerè locum hunc detorquent. Sequentia verba conjecturam meam confirmant, quæ exſtant in libro, qui dicitur שני לוחות הברית fol. 22. c. 2. ובעין ישראל אמר הכותב על מה שאמרו ח"זל קודם שחטה אדם הראשון היה גדול מסוף העולם ועד סופו וכיון שסרח הניח ה'קבה ידו עליו ומיעטו נראה מכל זה שבכח האדם היה כל השלימות האפשרי לולי שמעטו על חטאו וענשו: ,, Et in En Iſrael dicitur: quare dixerunt ſapientes ,, p. m., antequam primus homo peccaverat, erat magnus ab uno ,, mundi fine uſque ad alterum ſed quum defecerat, impoſuit ,, Deus illi manum ſuam, & illum punivit. Mihi videtur hiſce ,, non aliud innui, quàm quod in potentia Adami fuerit omnis per- ,, fectio, quæ ei obtingere potuiſſet, niſi (Deus) illum diminuiſſet, ,, propter peccatum, atque puniviſſet. Sic in ſenſu arcano indagando Hakſp. Cabb. Jud. exp. obſervat, Cabbaliſtas ſtaturæ celſitudine dignitatem ſtatus primævi metiri, contra per imminutionem, dignitatis priſtinæ jacturam denotare, nam ידוע

שהחוטא כשחוטא יורד ממעלתו notum eſt peccantem, dum delinquit, de celſitudine ſua deſcendere ſeu dignitatem ſuam perdere. Obſerva convenientiam אדם הראשון cum Phraſi Paulina 1. Cor. xv. 47. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος.

(4) אחור וקדם ו"גו Per hoc *retrò & ante* juxta Gloſſam Raſchi duæ formationes, quæ Adamo contigerunt, intelligendæ ſunt, quatenus primò altus, dein depreſſus formatus fuerit. Non ſimplex Judæorum hac in re error eſt, tum, quia Pſalmum hunc, abſque ullo fundamento, ſola traditione veterum nixi, de Adamo explicant: Ita, qui Auctor eſt Commentarii abbreviati R. Moſe Alſcheich ad h. Pſ. כי א"זל מזמור זה על אד"הר ירבה ונלכה באורחות' כי הם מקבלי האמת *Quia expoſuerunt ſapientes noſtri Pſalmum hunc de homine primo, nos illorum veſtigia ſequemur, nam illi veritatem acceperunt.* Tum quia vocem צרתני in ſignificatu formationis accipiunt, qui tamen cum ſcopo non convenit, hic enim oſtendit cuncta noſtra Divino regimini ſubjecta eſſe, nos nec procedere, nec retrocedere poſſe: Itaque David ſub nomine fidelium dicit: *Retrò & ante obſides me.* Quamvis plerique Judæi ab hac ſententia recedant, attamen Aben Eſra illi accedit, in Commentario ſuo צרתני ejuſdem Originis eſſe dicit, cum Deut. 20: 12. וצרת עליה *& obſidebis illam*, urbem ſcil. quæ tecum pacem inire renuit. Sunt alii ex Judæis, qui hoc loco abutuntur ad ſtabiliendum antiquam, in illorum ſcholis agitatam, fabulam de corpore Adami biformi, quod Deus poſtea ſeparaverit, & ex altero Evam conſtituerit. Sic R. Jeremias fil. Eleaſar in Beracot f. 61. cap. 1. דו פרצופין ברא הק"בה באדם הראשון ש'נ אחור וקדם צרתני *Duas facies formavit Deus Adamo primo, ut ſcriptum eſt, Retrò & ante formaſti me.*

(5) אדם הראשון וכ"ו *Homo primus &c.* Ut prior ſtatura Adamum ſtantem, ita hæc illum cubantem concernit, nam, ut Raſchi annotat כשהיה שוכב היה ראשו למזרח ורגליו למערב *quum Adam cubabat, erat caput illius in Oriente, & pedes in Occidente.* Neminem tamen fugit nonnullos omni ævo extitiſſe, qui Adamum, & prioris ævi homines grandiore ſtaturâ nos anteiſſe dixerint. Confer Celeberrimi noſtri Heideggeri Hiſt. Patr. Exerc. IV. th. XXI.

(6.) איהו ואידו וכ''ו Solicita admodùm Gemara eſt, ut amborum Magiſtrorum Auctoritas in dictis ſarta tectaque maneat, nam quum uterque eodem argumento in probationem Hypotheſeos utebatur, timendum erat, ne illorum verba in tam notabili dogmate adverſa fronte repugnarent: Hinc ita rem conciliat, dicendo; longitudinem à terra ad cœlum, & ab uno mundi fine ad alterum ejuſdem diſtantiæ eſſe. Rogas, quænam igitur diſtantia unius extremi ab altero ſit? En Autores Toſaphot, eadem certitudine quæſtioni tuæ reſpondentes: מסוף העולם ועד סופו מהלך ת''ק שנה שנאמר שדי שאמר די שלא להרחיב יותר שנאמר אני אל שדי פרה ורבה אני שאמרתי די לעולם ותימא מנא לך הא שיש ת''ק שנה ולא יותר ולא פחות וי''ל דנפקא לן מן שדי בשדי יש ג' אותיות שי''ן ד''לת יו''ד קח י''ן ל''ת ו''ד הנעלם מן שדי ויעלה ת''ק *Ab uno fine mundi ad alterum eſt iter quingentorum annorum, ideo Deus dicitur Omniſufficiens, nam ille dixit, ſufficiens eſto, ne ultra dilatetur mundus, dicitur enim Gen. 35:11. Ego ſum Deus Omniſufficiens, fructuoſus eſto, & multiplicator. Ego, qui dixi ſufficientia ſit mundo. Dices autem, unde tibi conſtat, quod ſit iter quingentorum annorum, neque plus, neque minus? Reſponderi poteſt, nos id probare poſſe ex voce* שדי, *in hac enim voce ſunt tres literæ,* שין יוד דלת *Numera literas, puta* ין *(ſunt numero 60.)* לת *(430)* וד *(10) & hoc modo, ex literis, quæ aliâs abſconduntur, exurget numerus 500.* Ne Lectori tædio plenis his nugis ultra moleſtus ſim, plura ex Autoribus Toſaphot, quæ in hanc Materiam annotarunt, exſcribere superſedeo, ſed ad præſtantiora, opera ſcil. primo die à Deo creata, juxta Gemaricorum mentem, me conferam.

ואמר רב יהודה אמר רב עשרה דברים נבראו ביום ראשון ואילו הן שמים וארץ תוהו ובהו אור וחשך רוח ומים מדת יום ומדת לילה שמים

Dixit R. Jehudah nomine Raf. Decem diſtinctæ res primo die creatæ ſunt, quales ſunt; Cœlum & terra, res informis, & inanis, lux & tenebræ, Spiritus & aqua, ſtatus diei, & ſtatus noctis. Quomodo probas, quod cœlum.

וארץ דכתיב בראשית ברא
אלקים את השמים
ואת הארץ תהו ובהו דכתיב
והארץ היתה תהו ובהו
אור וחשך חשך דכתיב
וחשך על פני תהום אור
דכתיב ויאמר אלקים יהי
אור רוח ומים דכתיב
ורוח אלהים מרחפת על
פני המים מידת יום
ומידת לילה דכתיב ויהי
ערב ויהי בקר יום אחד
תנא תהו קו ירוק שמקיף
את כל העולם כולו שממנו
יצא חשך שנאמר ישת
חשך סתרו סביבותיו בהו
אלו אבנים המפולמות
המשוקעות בתהום שמהן
יוצאין מים שנאמר ונטה
עליו קו תהו ואבני בהו
ואור ביום ראשון איברי
והכתיב ויתן אלקים ברקיע
השמים וכתיב ויהי ערב
ויהי בקר יום רביעי כדר'
אליעזר דא"ר אלעזר אור

lum & terra primo die creatæ ſint? Quia ſcriptum eſt: *In principio creavit Deus cœlum & terram.* (1) Quomodo probas de creatione rei informis & inanis? quia dicitur, *terra erat res informis, & inanis.* De luce & tenebris quid ſcriptum? De tenebris ſcriptum eſt: *& tenebræ erant in ſuperficie abyſſi.* De luce verò ſcriptum: *Et dixit Deus, fiat lux.* Quomodo de ſpiritu & aquis probas? Dicitur, (2) *Spiritus Dei incubabat ſuperficiei aquarum.* De ſtatu verò diei & noctis legitur: *Sic fuit veſpera & fuit mane diei primi.* Traditio: (3.) *Tohu* eſt linea viridis, quæ univerſum mundum circumdat, ex qua tenebræ prodeunt, nam dicitur Pſ. XVIII: 12. Diſponit tenebras latibulum ſuum circa ſe. *Bohu* verò ſunt lapides recentes in Abyſſo demerſi, ex quibus aquæ ſcaturiunt, quia dicitur Jeſ. XXXIV. 11. Extendit ſuper eam lineam *tohu*, & lapides *bohu.* An lux quoque

 die

שברא הק״בה ביום ראשון
אדם צופה בו מסוף העולם
ועד סופו כיון שנסתכל
הק״בה בדור המבול ובדור
הפלגה וראה שמעשיהם
מקולקלים עמד וגנזו
לצדיקים לעתיד לבא
שנאמר וירא אלקים את
האיר כי טוב ואין טוב
אלא צדיק שנאמר אמרו
צדיק כי טוב כיון שראה
אור שגנזו לצדיקים שמח
שנ׳ אור צדיקים ושמח
בתנאי אור שברא הק״בה
ביום ראשון אדם צופה
ומביט בו מסוף העולם
ועד סופו דברי רבי יעקב
וחכמים אומרים הן הן
מאורות שנבראו ביום
ראשון ולא נתלו עד יום
רביעי׃

die primo creata eſt? Nonne ſcriptum eſt Gen. I: 17. *Et collocavit ea* (luminaria) *Deus in expanſo cœli*; Et rurſum ſcriptum ibi eſt v. 19. *Sic fuit veſpera & fuit mane diei quarti*. Secundum R. Eleaſar, qui dicit, per lucem, quam Deus O. M. primo die creavit, homo ab una extremitate mundi ad alteram perſpicere potuit, poſtquam verò Deus O. M. ad (peſſimum) iſtud Diluvii, & diviſionis ſeculum proſpexerat, videratque opera illorum depravata, ſurrexit & (lucem iſtam primi diei) abſcondidit, prout dicitur Job XXXVIII. 15. *Et prohibita fuit lux illorum ab improbis*. In cujus bonum lucem abſcondidit? In juſtorum bonum, qui venturi ſunt (in alterum ſeculum) quia dicitur Gen. I: 4. *Et vidit Deus lucem, quod bonus* (ſcil. juſtus, ſic juxta Gemaram verto.) Et nemo bonus eſt, niſi juſtus, ſicut dicitur Jeſ. III. II. *Dicite juſto, quod bonus ſit*: Quum viderat lucem, quam in bonum juſtorum abſcondidit, læ-

lætabatur: nam ſcriptum eſt: Prov. XIII:9. *Lux juſtorum lætabitur.* In traditione: Per lucem, quam Deus O. M. primo die creaverat, homo proſpiciebat & intuebatur ab una extremitate mundi ad alteram, ſunt verba R. Jacob: Sed ſapientes dixerunt, ſunt eadem luminaria, quæ creabantur die primo, at non ſuſpendebantur uſque ad diem quartum.

ANNOTATIONES.

(1.) תהו ובהו וכ"ו Voces hæ ſunt obſoletæ, & injuriâ temporum, Hebræis penitus ignotæ, quemadmodum inter alios quoque obſervat Venerandus meus Avus in Smegm. Orientali: Recurrendum igitur ad cognatas Linguas, & videndum, annon ſignificatus ex illis reſtitui poſſit, תאה notante Pocokio in Not. Miſcell. *idem eſt*, *quod* עפל *neglexit*, *neglectui habuit*, *deſeruit*, ut igitur rudem quandam maſſam, nondum exornatam, ſignificet, quæ aſpectu horrida ſit: Hinc Targum Jonathan תהייא ſtupor שאדם תוהה ומשתומם על בהו שבה quando homo miratur & obſtupeſcit de vaſtitate illius Raſchi ad h. l. בהו vero ab Arabum radice بهى *vacua & inanis fuit domus*, *& ab omni nuda ſuppellectili* Gol. in Lex; p. 343. quatenus horrida illa maſſa incolis ſuis deſtituta, nullum decus, nullum ornamentum habuit. Ad hunc ſignificatum alludit Targum Hieroſolymitanum: צדו מן בני אנשא וריקניא מכל בעיר *deſolatio à filiis hominum, & omni beſtia vacua.*

(2.) ורוח אלהי וג"ו Plerumque Judæi in hoc loco per רוח ventum intelligunt, quem Deus miſerat, ut aquas exſiccaret: Sic in Tranſlatione Germ. vocem ווינד *wind* adhibent. Quam malè verò in hac parte Judæi ſentiant, id ſufficienter ab aliis demonſtratum. Opponimus illis Targum Jonathan, ubi רוח רחמין *Spiritus miſerationum* legitur, per quem Baal Hatturim Spiritum Meſſiæ explicat: En verba ורוח אלהים מרחפת בגימטריא זו היא רוחו של מלך המשיח Verba & *Spiritus Dei incubabat* per Gema-

matriam reſpondent verbis: *Hic eſt Spiritus Regis Meſſiæ.* Certè hæc non actio ullius Creaturæ, ſed Spititûs Dei, qui ipſe Deus eſt, qui vibrabat ſe ſuper aquis, conſtanti & perpetua motitatione aquas fovebat כיונה המרחפת על הקן ſicut columba nido incubat: Sic rectè de Spiritu Sancto intelligitur, qui, quum Chriſtus Baptiſmo initiaretur, ὡσεὶ περιστερὰ quaſi columba deſcendit Math. III: 16.

(3.) תהו קו ירוק וכ"ו *Tohu eſt linea viridis &c.* Linea & perpendiculum ſunt organa fabris lignariis uſitata; A Propheta Deo aſſignantur, qui iis non tam ad ædificandum, quàm ad deſtruendum utitur: ut הפך הבנין יעשה בה שהוא החרבן faciat contrariam ſtructuram, hoc eſt deſolationem. R. D. Kimchi ad Jeſ. 34. 11.

אמר רב זוטר בר טוביה
אמר רב בעשרה דברים
נברא העולם בחכמה
ובתבונה ובדעת ובכח
ובגערה ובגבורה בצדק
ובמשפט בחסד וברחמים
בחכמה ובתבונה דכתיב ה'
בחכמה יסד ארץ כונן
שמים בתבונה בדעת דכתיב
בדעתו תהומות נבקעו בכח
וגבורה דכתיב מכין הרים
בכחו נאזר בגבורה בגערה
דכתיב עמודי שמים ירופפו
ויתמהו מגערתו בצדק
ומשפט דכתיב צדק ומשפט

Dicit R. Sutra fil. Tobiæ, quòd dixerit Raf. In decem divinis attributis mundus creatus eſt, (1) in ſapientia, in intelligentia, in ſcientia, in virtute, in objurgatione, in potentia, juſtitia, (2) judicio, benignitate, & in miſericordia. Unde probas, quod mundus ſit creatus in ſapientia & intelligentia? Quia ſcriptum eſt, Prov. III. 19. *Adonai in ſapientia fundavit terram, ſtatuit cœlos in intelligentia.* Quomodo in ſcientia? quia ſcriptum eſt: eod. cap. v. 20. *In Scientia ejus abyſſi diffiſæ ſunt.* Ubi exſtat in virtute, & robore? In Pſalm. LXV: 7. *ſta-*

מכון כסאך בחסד ורחמים דכתיב זכור רחמיך ה׳ וחסדך כי מעולם המה ואמר רב יהודה אמר רב בשעה שברא הק״בה את העולם היה מרחיב והולך כשתי פקעיות של שתי עד שגער בו הק״בה והעמידו שנ׳ עמודי שמים ירופפו ויתמהו מגערתו והיינו דאמר ר״ל מאי דכתיב אני אל שדי אני הוא שאמרתי לעולם די אמר ר״ל בשעה שברא הק״בה את הים היה מרחיב והולך עד שגער בו הק״בה ויבשו שנאמר גוער בים ויבשהו וכל הנהרות החריב׃

ſtabiliens montes virtute ſua, accinctus robore. Quomodo probas cum (3) increpatione? Quia ſcriptum eſt: Job. XXVI: 11. *Columnæ cœli concutiuntur, & obſtupeſcunt ab increpatione ejus.* In juſtitia & judicio? Pſalm. XCVII: 2. *Juſtitia & judicium locus ſolii ejus.* In benignitate & miſericordia probatur ex Pſalm. XXV: 6. *Recordare miſerationum tuarum Adonai, & benignitatum tuarum, eas à ſeculo eſſe.* Et dixit R. Jehuda, quod dixerit Raf. Eo tempore, quo Deus O. M. mundum creaverat, dilatare illum continuò potuiſſet inſtar duorum glomorum ſtaminis, uſque quo illum Deus O. M. increpuit, atque conſiſtere fecit: uti dictum Job. XXVI. 11. *Columnæ cœli concutiuntur, & obſtupeſcunt ab increpatione ejus.* Hoc quoque eſt, quod R. Levi dixerat. Quid ſibi vult illud dictum Gen. 35. 11. *Ego ſum Deus ſufficiens*, id eſt, Ego ille ſum, qui dixit mundo, ſufficiat: Dixit R. Levi: Eo tempore, quo Deus O. M. mare creaverat, potuiſſet illud continuò dilatare, uſque dum illud increpuit, atque exſiccavit: uti dicitur Na-

hum 1.4. *Increpans mare areſacit ipſum, & omnia flumina exſiccat.*

ANNOTATIONES.

(1.) Sunt Attributa Dei, quæ in genere à Judæis conſiderantur, tanquam perfectiones Divinæ, quibus mundus productus fuit. Quodnam diſcrimen inter hæc attributa notandum ſit, generaliter tantùm nos docet Raſchi: Sic in Gloſſa חכמה יודע מה שלמד *Sapientia eſt, quando quis novit ea, quæ didicit*: תבונה *intelligentia*, eſt dum quis intelligit rem novam mediante acumine Sapientiæ ſuæ, דעת idem quod ישוב *compoſitus animi ſtatus*, כוח eſt *potentia brachii*, גבורה eſt *fortitudo cordis.*

(2.) במשפט וכ'ו *In Judicio &c.* Quando Judæi cauſam indagant, quare nomen יהוה in creatione non prius adhibeatur, quàm Gen. cap. II. v. 4. E' contra אלהים frequenter toto 1. cap. memoretur: dicunt, Deum priùs conſilium iniiſſe, mundum creare ſecundum attributum Judicii ſui, poſtea verò, quum expertus fuerat mundo tantas vires non eſſe, ut conſiſtere poſſit, conſilium mutavit, atque attributum miſerationum prævertit, ex quo ortum fuit, ut l. cit. primò legatur יהוה ביום עשות יהוה אלהים ארץ ושמים: Nos non negamus Spiritui Sancto certas ſuas rationes conſtare, quare demum opere creationis conſummato, eximium illud Dei nomen, quod nulli creaturæ vindicari poteſt, Scriptum voluerit. In genere obſervamus nomen יהוה dici, quando Deus rem in æterno ſuo conſilio decretam ad Colophonem perduxerit, quo teſtatur, ſe opere impleto talem eſſe, qui promiſſionibus ſuis implementum addere ſufficiens ſit, ſic abſoluto Creationis opere eſt & fit, quod eſt, יהוה ſcil. Quando Iſraël brachio Dei Omnipotentis à tyrannide Pharaonis liberatur, tunc illi Deus in nomine יהוה apparuit, Exod. 6: 3. Pleniſſima tamen vocis hujus Emphaſis in redemtione per Chriſtum præſtita continetur.

(3.) גערה וכ'ו *Increpatio*, Vis vocis eadem eſt, ac נזיפה *increpatio vehemens* cum Authoritate conjuncta, utres, quæ incre-

crepatur, ſtupeat, omnemque motum, quem ante habebat, ponat: ſic optimè exprimitur per Græcorum ἐπιτιμᾶν. Chriſtus maris Dominus ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη, *objurgavit ventos & mare, & facta eſt tranquillitas magna.* Math. VIII: 26.

תנו רבנן בית שמאי אומרים שמים נבראו תחלה ואחר כך נבראת הארץ שנאמר בראשית ברא אלקים את השמים ואת הארץ ובית הילל אומרים ארץ נבראת תחלה ואחר כך שמים שנאמר ביום עשות ה' אלקים ארץ ושמים אמר להם בית הילל לבית שמאי לדבריכם אדם בונה עלייה ואחר כך בונה בית שנאמר הבונה בשמים מעלותיו ואגודתו על ארץ יסדה אמרי להם בית שמאי לבית הילל לדבריכם אדם עושה שרפרף ואחר כך עושה כסא שנאמר כה אמר ה'

Tradiderunt Magiſtri. Beth Schammai dicit: Cœli creati ſunt primò, & poſtea demum terra creata eſt, nam legimus Gen. 1: v. 1. *In principio creavit Deus cœlum* (primò cœlum nominatur) *& terram.* At Beth Hillel dixit: Terra primò creata fuit, & poſteà cœli, quia dicitur Gen. 2: 4. *qua die Adonai Deus fecit terram* (hic terra primò nominatur) *& cœlos.* Beth Hillel ita alloquebatur domum Schammæanam: Si valerent verba veſtra, tum homo antequam domum, (ſeu fundamentum domûs,) exſtruit, ædificabit (1.) tabulatum altius: juxta quod legimus Amoſ. IX: 6. *Qui exſtruxit in cœlis cœnacula ſua, & cuneum ſuum ſuper terram fundat.* Reſpondet Beth Schammai: Et ſi verba veſtra valerent, tum

 prius

השמים כסאי והארץ הדום
רגלי וחכמים אומרים זה
וזה כאחת נבראו שנאמר
אף ידי יסדה ארץ וימיני
טפחה שמים קורא אני
אליהם יעמדו יחדו ואידך
מאי יחדו דלא משתלפי
מהדדי קשו קראי אהדדי
אמר ר"ל כשנבראו ברא
שמים ואחר כך ברא הארץ
וכשנטה נטה הארץ
ואחר כך נטה שמים מאי
שמים א"ר יוסי ברבי חנינא
ששם מים במתנית' תנא
אש ומים מלמד שהביאן
הק"בה וטרפן זה בזה
ועשה בהן רקיע שאל ר'
ישמעאל את רבי עקיבא
כשהיו מהלכין בדרך א"ל
אתה ששימשת את נחום
איש גם זו כ"ב שנה שהיה
דורש כל אתין שבתורה
את השמים ואת הארץ מה

prius conficiendum eſt (2) ſcabellum, quàm ſolium, uti comparatur Jeſ. 66: 1. *Sic ait Adonai, cœlum ipſum ſolium meum eſt, & terra ſcabellum pedum meorum.* At ſapientes dixerunt, Cœlum & terra unâ creabantur, prout dicitur Jeſ. 48: 13. *Etiam manus mea fundavit terram, & dexteræ meæ palmus expandit cœlos, me vocante conſiſtunt pariter.* Quomodo explicant hanc vocem יחדו *pariter*, (qui nolunt Deum cœlum & terram unâ creaſſe?) R. putant glomos illos, non planè extrahi. E. Scriptura ſibi invicem contraria. Dixit R. Levi, dum creabantur, Deus primò creavit cœlum & deinde terram, & quum extendebantur, extendebat primò terram, poſtea cœlum. (3.) Quid ſunt שמים *cœli*? Dixit R. Joſe fil. R. Chaninæ שם מים *illic ſunt aquæ*. In Baraitha verò docetur, quod שמים ſit ignis & aqua, docens, quod Deus O. M. ignem & aquam adduxerit, unâ compoſuerit, & ita

היה דורש בהן אמר ליה
אלו נאמר שמים וארץ
הייתי אומר שמים שמו של
הק"בה עכשיו שנאמר את
השמים ואת הארץ שמים
שמים ממש ארץ ארץ ממש
את הארץ למה לי להקדים
שמים לארץ והארץ היתה
תהו ובהו ומכדי בשמים
אתחיל ברישא מאי שנא
דקא חשיב מעשה ארץ
תנא דבי רבי ישמעאל
משל למלך בשר ודם
שאמר לעבדיו השכימו
לפתחי השכים ומצא נשים
ואנשים למי משבח למי
שאין דרכו להשכים
והשכים תניא ר' יוסי אומר
אוי להם לבריות שרואות
ואינן יודעות מה רואות
עומדות ואינן יודעות על
מה הן עומדות הארץ על
מי עומדת על העמודים

ita confecerit expanſum. R. Iſmael, rogabat R. Akibham, quum in itinere eſſent: Tu viginti duobus annis miniſtrabas (4) Nachum Gam ſu, qui exponebat omnes particulas את, quæ in Lege exſtant: quænam illius explicatio eſt de particulis את in primo Geneſeos verſu occurrentibus את השמים ואת הארץ Reſpondet R. Akibha: Si tantum exſtaret שמים וארץ dixiſſem, quod שמים eſſet nomen (5) Dei O. M. Sed nunc, quum exſtat, את השמים ואת הארץ novi, quod שמים verè cœlos, & ארץ verè terram ſignificet. את הארץ (6) Hæc verba quem ſcopum habent? Ut oſtendant in creatione cœlos prævertiſſe terram. Sed tunc ſubjicitur, *& terra erat tohu vobohu*, quum jam exorſus eſt dicere de cœlis: Quare ordinem mutat, & tunc recenſet opus creationis terræ? Tradunt domeſtici R. Iſmael: Eſt (7) ſimilitudo à Rege humano deſumta, qui dixerat ſervis ſuis (utriuſque ſexûs)

שנאמר המרגיז ארץ
ממקומה ועמודיה יתפלצון
עמודים על המים שנאמר
לרוקע הארץ על המים
מים על ההרים שנאמר
על הרים יעמדו מים
הרים ברוח שנאמר כי הנה
יוצר הרים ובורא רוח רוח
בסערה שנאמר רוח סערה
עושה דברו סערה תלויה
בזרועו של הק״בה שנאמר
מתחת זרועות עולם
וחכמים אומרים על שנים
עשר עמודים עומדת
שנאמר יצב גבולות עמים
למספר בני ישראל ויש
אומרים שבעה עמודים
שנאמר חצבה עמודים
שבעה רבי אלעזר בן שמוע
אומר על עמוד אחד
וצדיק שמו שנאמר וצדיק
יסוד עולם:

Multò manè adeſte ad fores meas: Cùm Rex ſurrexerat, invenit mulieres pariter ac viros. Quis in hoc caſu laudem reportat? Ille, qui aliâs non ſolet multò manè ſurgere, & tamen ſurrexit. Traditio eſt: R. Joſe dicit: (8) Væ illis hominibus, qui vident, nec tamen norunt, quod vident, ſtant, neſciunt tamen ſuper quid ſtent: Terra cui fundamento innititur? Columnis, nam dicitur Job IX: 6. *Qui commovet terram è loco, adeo ut columnæ ejus contremiſcant.* Hæ columnæ autem aquis innituntur, ſicuti ſcriptum eſt: Pſ. CXXXVI. 6. *Qui expandit terram ſuper aquas.* Aquæ verò montibus, uti exſtat Pſ. CIV: 6. *Supra montes ſtant aquæ.* Montes ſtant ſuper ventum, ut Amos IV: 13. *Nam ecce formator montium, & creator venti.* Ventus continetur in procella, ſicuti Pſ. CXLVIII. 8. *Ventus procelloſus efficit verbum ejus.* Procella verò dependet à brachio Dei Omnipotentis, quemadmodum

dum ſcriptum eſt, Deut. xxxiii: 27. *infra* (9) (totum mundum) *brachia æterna.* At Sapientes dixerunt: Super duodecim columnas terra conſiſtit, uti ſcriptum eſt: Deut. xxxii: 8. *Statuis terminos populorum pro numero* (duodecim) *filiorum Iſrael.* Alii dicunt, terram ſtare ſuper ſeptem columnas: Prov. ix: 1. *Excidit columnas ſeptem.* R. Eleaſar fil. Schemoah dicit, terram uni tantùm columnæ inniti, quæ nomen juſti habet, prout dicitur Prov. x: 25. *Et juſtus eſt fundamentum mundi.*

ANNOTATIONES.

(1.) עלייה *tabulatum.* Intelligitur pars domûs ſuperior, quam non priùs artis mechanicæ periti exſtruunt, quam fundamentum rite poſitum fuerit: Ita Hillel argumentatur, Deum ſapientiſſimum non priùs cœlos, qui in citata Proph. comparantur tabulato, quàm terram creaſſe, quæ rationem fundamenti habet. Huic voci עלייה duo vocabula Novi Teſtamenti reſpondent, ὑπερῷον ſcil. & ἀνώγεον. Orientalibus in uſu erat ſingularis devotionis cauſa in partes domûs ſuperiores ſe conferre, quemadmodum Danielem in precibus ſuis feciſſe legimus Dan. vi. 11. Sic Petrus ἀνέβη ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι Act. x: 2. Talis editus locus videtur eſſe ἀνώγεον, *cœnaculum* Chriſti, Marc. xiv: 15.

(2) שרפרף *Scabellum*: Vim argumenti Domûs Schammæi in Gloſſa Raſchi reperimus. שרפרף לרגלי הכסא לישב על כרחך הכסא עשוי תחלה ולפי גובה הכסא הוא מתקן השרפרף *Scabellum pedibus, Solium verò ſeſſioni inſervit, neceſſariò igitur requiritur, ut ſolium primò conficiatur, ſecundùm cujus altitudinem ſcabellum aptatur.*

(3) Vel unico hoc exemplo inſignis uſus notitiæ linguarum vicinarum patet. Nam quid indoctius hac Gemariorum derivatione? quid minus cum natura Cæli convenit, quàm hæc ficta

ficta nominis שמים origo? Nec error hic in ſola Judæorum Schola manſit, ſed latiùs ſerpſit, imò aliis occaſionem dedit ulteriùs errandi, & in errore perſeverandi, quaſi derivatio hæc probabile Argumentum de Aquis ſupra cœleſtibus ſuppeditaret. In obſoletis vocabulis tenemur Linguas exteras in ſubſidium vocare, quemadmodum circa hanc vocem à pluribus Philologis annotatum. Ipſe Aben Eſra in Commentario ſuo ad Gen. 1: 1. obſervat: טעם שמים גובה ומעלה וכן בלשון ישמעאל שרבו על מתכונת לשון הקדש *Senſus vocis* שמים *cœlum eſt altitudo & eminentia, ſic etiam in Lingua Iſmaelitica ſeu Arabica, quæ copioſior eſt Linguâ Sanctâ.* Arabibus enim سَمِيَ altus fuit, Cœli igitur ob altitudinem שמים dicuntur. Oppoſitum illius eſt ארץ, quæ juxta Arabes contrariam ſignificationem habet, infimo loco ſeu infra poſitum eſſe, أَرُضَ Item gramine abundavit terra.

(4.) *Nachum Gam ſu.* Magiſter hic non è multis fuit, ſed eruditione & acumine ingenii ſui plures alios excelluit, quod vel ex Gemara noſtra patere putem, quæ memorat, ipſum occupatum fuiſſe circa exquiſitam expoſitionem omnium particularum את in Lege occurrentium. Juxta Judæos fuit omnium miſerrimus, quos unquam ſol aſpexit, opibus ſpoliatus, manibus, pedibus, aliiſque membris detruncatus, attamen nec animum in ſumma ſua miſeria deſpondit, contrà cuncta mala in bonum cedere dixit, unde nominatur Nachum Gam ſu, qui frequenter in ore habuit, גם זו לטובה, *etiam hoc* malum *in bonum vergit.* Conf. Gem. Tract. Taanit: cap. III. Hujus Nachum famulus fuit R. Akibha: Mos hic inter Magiſtros Judæorum quandoque obtinuit, ut diſcipuli ſimul ſervitia honeſtiora Præceptoribus ſuis præſtarent, cum quibus diu noctuque converſabantur, nec id contumelioſum, ſed laudabile diſcipulis erat, unde in Beracot fol. 7. c. 2. גדולה שמושה יותר מלמודה *Majus eſt famulitium, quam ipſa doctrina*, affert Exemplum Eliſæi. Sic putem Gehaſi, & diſcipulum & famulum Eliſæi fuiſſe. Imò ipſi ſalvatoris noſtri diſcipuli duplicem hunc reſpectum

ctum habuiſſe videntur. Hinc Chriſtus, tanqnam Præceptor & Dominus, ad mala quævis perferenda ſuo exemplo illos invitat, *οὐκ ἔςι μαθητὴς ὑπὲρ τ̃ διδάσκαλον, ὐδὲ δȣ̃λος ὑπὲρ τ̃ κύριον αὐτȣ̃, Non eſt diſcipulus ſupra doctorem, neque ſervus ſupra dominum ſuum.* Math. x: 24.

(5) Ratio, quare dixiſſet שמים ſine particula את eſſe nomen Dei, hæc eſt, quia nonnunquam Rabbini Deum vocant שמים, cùm cœlum ſit locus manifeſtationis Divinæ gloriæ. Ipſam hanc formulam occurrere in N. T. Ven. meus Avus obſervavit Diſp. IV. de Nom. Dei: vide locum Math. XXI: 25. Sic putem intelligendam eſſe phraſin, Regnum cœlorum, quod eſt, & dicitur quoque, Regnum Dei. Nam quod Math. III. v. 2. dicitur, *appropinquavit ἡ βασιλεία τ̃ ὐρανῶν*, id Marc. I: 15. *ἡ βασιλεία ȣ̃ θεȣ̃.*

(6) Gemara exiſtimat, quia binis vocibus שמים & ארץ proprius articulus adjunctus ſit, hinc cognoſci poſſe, cœlum primò creatum fuiſſe. דאי לא כתיב את הוה אמינא כאחת נבראו *nam ſi articulus* את *non extaret, dixiſſem, cœlum & terram unâ creatam fuiſſe.* Hillel verò, qui contrariam ſententiam fovet, hanc rationem eſſe dicit, quòd terra in primo verſu poſtponatur להסמיך ארץ לעשיה *ut conjungat vocem terræ cum exornatione illius*, quæ verſu ſecundo &c. deſcribitur. Auth. Toſaphot p. 12. c. 2.

(7) Diverſa notanda ſunt: Primò conſiderabimus, quinam argumentationis tenor ſit. Comparatur Deus cum Rege, qui ſervis & ancillis ſuis præcepit, ut multo manè præ foribus apparerent, huic præcepto ab utraque parte ſatisfactum eſt; quæritur igitur, quænam laudem reportet? R. Illa, quæ cœteroquin non ſolet tam maturè ſurgere, ancillæ ſcil. Ita Deus, qui vocavit cœlum & terram, quæ unâ illi vocanti obediverunt, voluit, ut opera terræ primò recenſeantur, quia כל מעשה ארץ מתונים ומעשה שמים במהירות וזו השכימה עמה שנבראו כאחת *omne opus terræ lentè procedit, contrà verò cœli feſtinat, attamen in creatione terra æque ac cœlum maturavit, quum unâ creabantur.* 2. Conſtat, quemadmodum hoc genus Rhetorices Judæis non inuſitatum fuerit, ut ſub Parabolis rem clariùs proponerent, & hiſce exemplis illam Auditorum animis fortiùs imprimerent.

3. Itaque non mirum, ipſum hunc inſtituendi modum à Chriſto quoque adhibitum fuiſſe, ut plebem Iſraeliticam, de qua erudienda maximè laborabat, juxta Methodum in Scholis obſervatam inſtituerit; 4. Tandem ſimilitudo perſonæ, ſub qua proponitur, eadem occurrit in N. T. Deus ſcil. Sub perſona Regis. Imò ipſe Hebraiſmus; Chriſtus, Math. XXII. 1. dicit Regnum cœlorum aſſimilari *ἀνθρώπῳ βασιλεῖ homini Regi* quod Gemara exprimit משל למלך בשר ודם (*Deus*) *aſſimilatur Regi carne & ſanguine conſtanti*, homini ſcil. nam, ex *κοινωνεῖν σαρκὸς καὶ αἵματος habere carnem & ſanguinem*, humanitatem Chriſti Apoſtolus Hebr. II: 14. probat.

(8) Vox בריות convenit cum Græca *κτίσις* creatura. Quæ Marc. XVI: 15. Doctiſſimus Ligtfootus ad præſentem Gemaræ locum annotavit, inſpice Horas Talmudicas, *duraturas, quamdiu tempus erit*, ut illas in fine Hiſt. Doct. Miſn. Henr. Ottho vocat.

(9) Gloſſa Raſchi: ומתחת כל היצירה זרועות עולם הסובלים אותו: *infra omne id, quod formatum eſt, ſunt brachia æterna, quæ illud ſuſtinent.*

אמר רבי יהודה שני רקיעים הן שנאמר הן לה' אלהיך השמים ושמי השמים ריש לקיש אמר שבעה ואלו הן וילן רקיע שחקים זבול מעון מכון ערבות וילון אינו משמש כלום אלא נכנס שחרית ויוצא ערבית ומחדש בכל יום מעשה בראשית שנאמר

Dixit R. Jehudah: Sunt duo cœli, nam dicitur Deut. X: 14. *En Adonai, Dei tui ſunt cœli, & cœli cœlorum.* Riſch Lakiſch dixit, ſunt ſeptem cœli; ut cortina cœli, expanſum, ſupremæ nubes, זבול ſeu habitaculum, מעון ſedes, מכון locus, ערבות cœli amæniſſimi. (1) Cortina cœli non alii uſui inſervit, quàm ut manè *per aerem* ſe diſtendat, & veſperi recedat, innovetque ſingulis diebus

הנוטה כדוק שמים
וימתחם כאהל לשבת
רקיע שבו חמה ולבנה
כוכבים ומזלות קבועין
שנאמר ויתן אותם אלקים
ברקיע השמים שחקים
שבו רחים עומדות וטוחנות
מן לצדיקים שנאמר ויצו
שחקים ממעל ודלתי שמים
פתח וימטר עליהם מן
לאכול וג״ו זבול שבו
ירושל׳ ובית המקדש ומזבח
בנוי ומיכאל השר הגדול
עומד ומקריב עליו קרבן
שנאמר בנה בניתי בית
זבול לך מכון לשבתך
עולמים ומנלן דאיקרי
שמים דכתיב הבט משמים
וראה מזבול קדשך
ותפארתך מעון שבו כיתות
של מלאכי השרת שאומרות
שירה בלילה וחשות ביום
מפני כבודן של ישראל

diebus opus creationis, ſicuti dicitur, Jeſ. XL: 22. *qui extendit velut pellem cœlos, & diſtendit eos ſicut tentorium ad habitationem.* Quid eſt expanſum? R. Eſt cœlum, in quo Sol, Luna, Stellæ, & Planetæ infixæ ſunt, ſicut dicitur Gen. I: 17. *Et collocavit luminaria Deus in expanſo cœli.* In cœlo, ubi nubes ſupremæ volitant, conſiſtunt molæ commolentes farinam pro juſtis, Pſalm. LXXVIII: 23, 24. *Et præcepit ſuperioribus nubibus ſupernè, & januas cœlorum aperuit, depluitque ſuper eos Man ad comedendum.* &c. זבול ſeu habitaculum, in hoc eſt (2) Hieroſolyma, domus ſanctuarii, altare extructum, & (3) Michael Princeps Magnus, ſtans, offerenſque oblationem, quemadmodum dicitur I. Reg. VIII: 13. *Planè ædificavi tibi domum habitaculi, ſtationem, in qua reſideas in ſecula.* Unde verò nobis conſtat, quod vocetur cœlum? Reſp. Ex Jeſ. LXIII: 15. *Intuere è*

שנאמר יומם יצוה ה׳ חסדו ובלילה שירה עמי אמר ריש לקיש כל העוסק בתורה בלילה הקב״ה מושך עליו חוט של חסד ביום שנאמר יומם יצוה ה׳ חסדו ומה טעם יומם יצוה ה׳ חסדו משום ובלילה שירו עמי ואיכא דאמרו אמר ריש לקיש כל העוסק בתורה בעולם הזה שהוא דומה ללילה הקב״ה מושך עליו חוט של חסד לעולם הבא שהוא דומה ליום שנאמר יומם יצוה ה׳ חסדו ובלילה שירה עמי אמר ר״ לוי כל הפוסק מדברי תורה ועוסק בדברי שיחה מאכילין אותו גחלי רתמים שנאמר הקוטפים מלוח עלי שיח שורש רתמים לחמם ומנלן

cœlis, *& vide ex habitaculo ſanctitatis tuæ*, *& ornatus tui.* (4) מעון ſeu Sedes, illud cœlum dicitur, in quo ſunt Exercitus (5) Angelorum miniſtrantium, qui noctu canticum dicunt, interdiu autem ſilent propter gloriam Iſraëlis, quia dicitur Pſalm. XLII. 9. (6) *Interdiu præcepturus eſt Adonai benignitatem ſuam*, *& noctu canticum ſuum mecum.* Dixit Riſch Lakiſch. Super omnem, qui noctu Legi operam dat, Deus O. M. filum gratiæ ſuæ interdiu trahit, quia dicitur Pſalm. XLII: 9. *Interdiu præcepturus eſt Adonai benignitatem ſuam*, *& noctu canticum ſuum mecum.* Alii dicunt, quòd Riſch Lakiſch dixerit: (7) ſuper omnem, qui Legi in mundo, qui nocti ſimilis eſt, operam dabit, Deus O. M. filum gratiæ ſuæ trahet in futuro mundo, qui diei aſſimilatur, quia dicitur l. c. *Interdiu præcepturus eſt Adonai benignitatem ſuam*, *& noctu canticum ſuum mecum.* Dixit R. Levi, quicunque

דאיקרי שמים שנאמר
השקיפה ממעון קדשך מן
השמים מכון שבו אוצרות
שלג ואוצרות ברד ועליית
טללים רעים ועליית
אגלים וחדרה של סופה
ומערה של קיטור ודלתות הן
אש שנאמר יפתח ה' לך
את אוצרו הטוב הני
ברקיעא איתנהו הני בארע'
איתנהו דכתיב הללו את ה'
מן הארץ תנינים וכל
תהומות אש וברד שלג
וקיטר רוח סערה עושה
דברו אמר רב יהודה אמר
רב דוד ביקש עליהם
רחמים והורידון לארץ
אמר לפניו רבונו של עולם
לא אל חפץ רשע אתה לא
יגור במגורך רע צדיק אתה
ה' לא יגור במגורך רע
ומנלן דאיקרי שמים דכתיב
ואתה תשמע השמים

que à ſtudio Legis ad ſtudium (8) confabulationis ſe confert, cibatur prunis (ardentibus) ſicuti dicitur Job xxx: 4. *Qui decerpebant* (9) *ſalſum* (legem) *propter confabulationem,* (*ut hanc præ lege eligant,*) *tum radices juniperorum cibo erunt illis.* Sed unde nobis conſtat, quod מעון vocetur cœlum? R. Ex Deut. xxvi: 15. *Proſpice ex ſede ſanctitatis tuæ è cœlis.* (10) מכון dicitur cœlum, in (11) quo reconditi ſunt theſauri nivis, grandinis, tabulata roris noxii, & guttarum, conclave turbinis, ſpecus exhalationum, & porta ignis, nam dicitur Deut. xxviii: 12. *Aperiet tibi Adonai theſaurum optimum.* (Quid dicis) hos theſauros iræ Divinæ eſſe in cœlo, ſunt potius in terra? nam ecce dicitur Pſ. cxlviii. 7, 8. *Laudate Adonai de terra, cete, & omnes abyſſi, Ignis & grando, nix & exhalatio, ventus turbineus efficiens verbum ejus.* Dixit R. Jehudah nomine Raf.

מכון שבחך ערבות שבו
צדק משפט וצדקה גנזי
חיים וגנזי שלום וגנזי
ברכה ונשמתן של צדיקים
ורוחות ונשמות שעתיד
להיבראות וטל שעתיד
הק״בה להחיות בו מתים
צדק ומשפט דכתיב צדק
ומשפט מכון כסאך צדקה
דכתיב וילבש צדקה כשריון
גנזי חיים דכתיב כי עמך
מקור חיים וגנזי שלום
דכתיב ויקרא לו ה׳ שלום
וגנזי ברכה דכתיב ישא
ברכה מאת ה׳ נשמתן של
צדיקים דכתיב והיתה נפש
אדוני צרורה בצרור החיים
את ה׳ אלקיך רוחות
ונשמות שעתיד להיבראות
דכתיב כי רוח מלפני יעטוף
ונשמות אני עשיתי וטל
שעתיד הק״בה להחיות
בו מתים דכתיב גשם נדבות

David Rex à Deo petiit, quominus theſauri iræ in cœlis eſſent, & exauditus fuit, nam Deus illos in terram demiſit. Sic David Deum alloquebatur: *Tu mundi Domine, non es Deus, qui delectaris improbis,* (12) *non permanebit in manſione tua malum, Tu Deus juſtus es, non permanebit in manſione tua malum.* Sed unde conſtat, quod מכון nominetur cœlum? Reſp. Quia dicitur, 1. Reg. VIII. *Tu auſcultas in loco* (מכון) *habitationis tuæ in cœlis.* ערבות (13) eſt illud cœlum, in quo eſt juſtum, judicium, clementia, theſauri vitæ, pacis & benedictionis, (14) animæ juſtorum, ſpiritus & animæ, quæ adhuc creandæ ſunt, & ros, quo Deus mortuos vivificaturus eſt. Quodnam argumentum de juſto & judicio habes? Ex Pſalm. LXXXIX: 15. *Juſtum & judicium habitatio ſolii tui.* Quomodo de clementia probas? Jeſ. LIX: 17. *Nam induit clementiam quaſi loricam.* De Theſauris vitæ

חניף אלהים נחלתך
ונלאה אתה כוננתה שם
איפנים ושרפים חיות
הקדש ומלאכי השרת
וכסא הכבוד מלך אל
חי רם ונשא שוכן עליהם
בערבות שנאמר סולו
לרוכב בערבות ביה שמו
ומנלן דאיקרי שמים אתיא
רכיבה רכיבה כתיב הכי
סלו לרוכב בערבות וכתיב
ההם רוכב שמים בעזרך
וחשך וענן וערפל מקיפין
אותו שנאמר ישת חשך
סתרו סביבותיו סוכתו
חשרת מים עבי שחקים
ומי איכא חשוכא קמי
שמיא והכתיב הוא גלי
עמיקתא ומסתרתא ידע
מה בחשוכא ונהורא עימיה
שרי לא קשיא הא בבתי גואי
הא בבתי בראי דאמר רב
אחא בר יעקב עוד רקיע

vitæ exſtat Pſalm. XXXVI: 10. *Nam penes te eſt fons vitæ.* Et de theſauris pacis ſcriptum eſt, Judic. VI: 24. *Et proclamavit ipſi Adonai pacem.* Ubi legitur de theſauris benedictionis? In Pſ. XXIV. 5. *Reportabit benedictionem ab Adonai.* De animis juſtorum exſtat locus 1. Sam. XXV: 29. *Erit anima Domini mei ligata in faſciculo viventium apud Adonai Deum tuum.* De Spiritibus & animabus, quæ in poſterum creandæ ſunt, legitur Jeſ. LVII: 20. *Spiritus à conſpectu meo ſtillabit, & animæ, quas ego feci.* De rore, quo Deus mortuos vivificaturus eſt, exſtat Pſalm. LXVIII: 10. *Pluviam liberaliſſimam ſtillabas, Deus, poſſeſſionem tuam, eamque defeſſam tu inſtaurabas.* Illic ſunt rotæ, Seraphim, Animalia Sancta, Angeli miniſtrantes, ſolium gloriæ, Rex, qui eſt Deus vivus, altus & excelſus, habitans in his cœlis (Arobhot) *Extollite eum, qui inſidet Arobhot, de nomine ejus Jah*, Pſalm. LXVIII. 5.

Unde

אח' יש למעלה מראשי החיות דכתיב ודמות על ראשי החיות רקיע כעין הקרח הנורא עד כאן יש לך רשות לדבר מכאן ואילך אין לך רשות לדבר שכן כתיב בספר בן סירא במופלא ממך אל תדרוש ובמכוסה ממך אל תחקור במה שהורשית התבונן אין לך עסק בנסתרות:

Unde conſtat, quod in Scripturis Arobhot vocetur cœlum? R. Ex argumentatione à pari, nam quod in l. cit. dicitur. *Extollite eum, qui inſidet Arobhot*, illud Deut. XXXIII. 26. *qui cœlis inſidet ad auxilium tuum.* Tenebræ, nubes & caligo circumdant Deum, quemadmodum ſcriptum eſt Pſ. XVIII: 12. *Diſponit tenebras latibulum ſuum, circa ſe tugurium ſuum, tenebroſas aquas, denſitates ſuperiorum nubium.* Quid dicis, an ſunt tenebræ coram Deo, nonne ſcriptum eſt Dan. II: 22. *Ipſe revelat profunda, & abſcondita: novit, quod in tenebris eſt, & lux cum eo habitat?* R. Nulla eſt objectio: Nam ſi hic de luce ſermo eſt, tum intelligendum (15) de domibus Dei interioribus, ſed ſi de tenebris, tum de exterioribus. Et dixit R. Acha fil. Jacob. Eſt inſuper aliud expanſum, ſupra capita animalium ſcilicet, nam ſcriptum eſt Ezech. I: 22. *Similitudo autem expanſi erat ſupra capita animalium, quaſi ſpecie glaciei formidabilis.* Hucuſque (in opere creationis) licitum tibi eſt loqui, at hinc & deinceps non licitum eſt: Sic ſcriptum eſt in libro Ben Siræ. *Altiora præ te ne inquirito, & quod abſconditum eſt à te, ne inveſtiges, quod tibi licitum, ad illud intelligendum operam impende, ne ſis occupatus in rebus abſconditis.*

AN-

ANNOTATIONES.

(1.) Primum cœlum, quod vocant וילון *velum*, eſt cœlum aereum, quod ſolis radiis perfuſum diem conſtituit. Judæi iſtud aulæo comparant, quod, lucem inter & terram expanſum, vel diem vel noctem cauſatur. Variant enim gloſſæ, Raſchi putat illo abſente lucem conſpici, contrà verò Authores Toſaphot, qui poſteriores, hoc argumento nixi, priorem impugnant, quod ſi cœlum primum aulæi inſtar noctu extenſum eſſet, tum aſtra ſecundi cœli a conſpectu noſtro arcerentur היאך נראים כוכבים בשני קבועים שהם כיון בלילה מינה בשמים *quomodo ſtellæ noctu per illud conſpicerentur, quæ in cœlo ſecundo infixæ ſunt.* Ratio, quare hoc cœlum, velum, ſeu aulæum dicatur, *petitur ex Jeſ.* XL: 22. ubi comparatur cœli extenſio cum pelle, nam primi cœli idem uſus eſt, ac יריעה פרושה *aulæi expanſi.*

(2) Si non hic, neſcio an alibi veſtigia antiquæ fidei Judaicæ exſtent; nam quum pleræque Judæorum cogitationes carnales tantùm ſint, & bona temporalia exſpectent, & ad terreſtris Hieroſolymæ exſtructionem, ad reædificationem templi χειροποιήτου, reſtitutionem λατρείας σαρκικῆς anxii anhelent, attamen in hoc noſtro loco ſtolidas has cogitationes ponunt, de alia Hieroſolyma, alia domo ſanctuarii, & alio altari loquuntur, quæ non in terra, ſed in cœlo, habitaculo ipſius Dei, ſita ſint. Certè hæ Phraſes & juxta literam ſumtæ, & nî fallor, ſecundum mentem Veterum intellectæ, non malè conveniunt cum ſtylo in N. T. adhibito. Quid enim aliud Jeroſolyma in habitaculo Dei, quàm Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος Hebr. XII: 22. Ἱερουσαλὴμ καινὴ καταβαίνουσα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Apoc. XXI: 6. Sic de domo ſanctuarii.

(3) Fuerunt omni tempore Viri Eruditiſſimi, quibus, non ſine fundamento, aſſerere placuit, ipſum Salvatorem noſtrum ſub nomine Michaelis deſignari, utpote de illo in ſacris paginis talia prædicata dicuntur, quæ nulli Angelo creato in Empaſi ſua attribui poſſunt, nam quum omnes Angeli Dei Miniſtri audiant, neque unus in alterum Dominium exercere poſſit, ſin-

gulare tamen eſt, quod hic ab Apoſtolo Juda v. 9. Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος *Michael Archangelus* vocetur : Ex collatione Zach. III: 1, 2. patet locum hunc non de alio, quam Angelo increato, qui Adonai eſt, intelligendum eſſe, nam qui v. 1. מלאך יהוה *Angelus Adonai*, ille ſecundo verſu ipſe יהוה dicitur. Inſpice quoque Dan. x: 13. XII: 1. & Apoc. XII: 7. Ex ipſa nominis מיכאל *Michael* derivatione, ſi non apodicticum, attamen probabile argumentum Divinitatis petitur : nam מיכאל idem ſonat ac; *Quis eſt ſicut Deus?* Vel etiam affirmativè, *qui eſt ſicut Deus.* Verum eſt, pronomen מי non tam eſſe relativum, quàm interrogativum, ſed nihilominus unus aut alter locus exſtat, qui relative ſumendus eſt, ut Deut. XX: 8. מי האיש הירא *qui timidus eſt*, ille revertatur domum. Jam quum plane cum Scriptura conveniat, per Michaelem Angelum iſtum faciei intelligi, expendemus, tum quæ in Gemara noſtra, tum quoque quæ alibi Judæi ex traditione Veterum de hoc Michaele dicunt: in Gemara: In cœlo hoc eſt מזבח בנוי ומיכאל השר הגדול עומד ומקריב עליו קרבן *altare exſtructum*, *Michael Princeps ille Magnus, ſtans & offerens oblationem in eo.* Ita Apoc. VIII: 3. de Angelo, qui in cœlo eſt, dicitur, ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον *ſtetit apud altare habens thuribulum aureum, & dati ſunt ei ſuffitus multi*, ἵνα δώσῃ (מקריב) *offerret cum precibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum.* Ita paſſim Judæi ex Catecheſi Veterum Hebræorum in laudes Angeli hujus excurrunt, quæ ipſi ſoli competunt, qui ſit Pontifex cœlorum, & preces juſtorum offerat, Angelus Redemtor, Princeps populi Iſraelitici, Angelus quidem, ſed & Angelis omnibus major. Teſtimonia Rabbinorum notatu digniſſima in hunc noſtrum ſcopum ſingulari cura collegit Clariſſ. Witſius in Excercit. Acad. n. 5. De his, & ſimilibus Judæorum teſtimoniis, nemo cum judicio negare poterit illa inſignia antiquæ fidei Judaicæ monumenta eſſe.

(4.) (10) (13) Per voces מכון מעון & ערבות Gemara exiſtimat diverſos cœlos in Scriptura denotari, מעון habere ſignificatum *habitationis*, eſſe ſcil. cœlum commorationi Angelorum deſtinatum, in quo Deo laudes dicant. In cœlo, qui מכון dicitur, latere theſauros iræ Divinæ, qui ad improbos

com-

compeſcendos *præparati* ſint, quaſi eſſet à כון parare, præparare, ſic Prov. xix: 29. נכונו *parata ſunt in deriſores judicia.* ערבות eſſe *cœlum ſupremum*, longè *amœniſſimum*, (à ערב amœnum, dulce eſſe) in quo omnia delitiarum genera ad pios, quibus deſtinatur, exhilarandos reperiantur, unde commutatur cum פרדס Paradiſo, & גן עדן *Horto Edenis* vide Aruc in voce פרדס.

(5) מלאכי השרת *Angeli miniſtrantes*: Convenit cum Phraſi Apoſtolica λειτουργικὰ πνεύματα Hebr. i: 14.

(6) Mens Gemaræ in loco hoc explicando, dicam potius detorquendo, optimè ex gloſſa Raſchi cognoſci poteſt: *Interdiu præcepturus eſt gratiam ſuam, id eſt, præcepturus Angelis, ut ſileant* (laudem de die dicere,) *quò Deus poſſit beneficentiam inferioribus exhibere, qui ea indigent. Noctu autem eſt Canticum mecum in cœlo cum cantico meo, quo in die laudatus ſum.*

(7) עולם הזה Mundus præſens comparatur cum nocte tenebricoſa, contra mundus futurus cum die. Hæc ipſa hujus vitæ, & futuræ diſtinctio in ſcriptura nota eſt. Sive nunc ille *mundus futurus*, qui adſcribitur diebus Meſſiæ, ut Malah. iii: 23. ſive ille intelligatur, in quo eſt תחיית המתים *reſurrectio mortuorum*, Math. 24: 36. vocatur dies.

(8) שיח malo ſenſu ſumitur, & loquacitatem, confabulationem de rebus inutilibus denotat. Græcè ὁμιλίαι κακαί.
In cap. Patrum c. 1. 13: 5. „Omni tempore, quo homo mul-„tiplicat שיחה colloquium cum muliere, accerſit malum ſibimet „ipſi ובוטל מדברי תורה & impeditur à ſtudio legis, tandemque de-„ſcendit in Gehennam.

(9) Locum hunc Job. xxx: 4. non propriè intelligit Gemara, ſed allegoricè, prout ſolet, illum hic explicat, ad cujus igitur mentem verba vertere neceſſe erat.

(10) Vide Annot. 4.

(11) Raſchi annotat theſaurum nivis, in Gemara memoratum, divinæ vindictæ, legatum eſſe. Sed minus rectè, quum Deus non tantum immiſſione nivis tempore inopportuno in reprobos animadvertat, verùm etiam alio tempore mediante nive piorum agros fructificet. Rectius ab Authoribus Toſa-

phot diſtinguitur in theſaurum paratum לפורענות ad vindictam & לטובה ad bonum, prout Jeſ. LV: 10. *Quum deſcendit pluvia aut nix de cœlo* הרוה *inebriat terram, facitque ut pariat ipſa & producat.*

(12) In Gemara extat לא יגור במגורך *non permanebit in manſione tua* quaſi ex Pſ. 5. petitum eſſet, verùm illic hæc lectio non obtinet, quemadmodum ab Authoribus Toſaphot obſervatur אין זה מקרא אלא לא יגורך *non ita legitur.* ſed לא יגורך

(13) Vide Annotat. 4.

(14) נשמתן של צדיקים *Spiritus juſtorum,* convenit cum Phraſi Pauli Hebr. XII: 23. *Πνεύματα δικαίων.*

(15) Deo adſcribunt diverſas domos, exteriores ſeu remotiores, & interiores ſeu propinquiores, has tenebris offuſas, illas verò luce plenas eſſe dicunt.

(16) Sententia hæc in Syracide ita legitur cap. III: 20. *Χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε, ἃ προσετάγη σοι ταῦτα διανοοῦ· οὐ γάρ ἐστί σοι χρεία τῶν κρυπτῶν.* Nonnunquam dicta hujus Ben Siræ in Talmud citantur, quamvis illius fides non omnibus Magiſtris probata ſit: Hinc in Sanhedrin c. XI. R. Joſeph בספר בן סירא אסור למקרי *Prohibitum eſt in libro Ben Siræ legere.*

תניא אמר רבן יוחנן בן
זכאי מה תשובה השיבתו
בת קול לאותו רשע בשעה
שאמר אעלה על במתי
עב ארמה לעליון יצתא בת
קול ואמרה רשע בן רשע
בן בנו של נמרוד

Traditio: Rabban Jochanan fil. Saccai. Quam reſponſionem dedit filia vocis illi improbo, eo tempore, quo dixerat Jeſ. XIV: 15. *Aſcendam ſupra excelſa nubis denſæ, me æquabo excelſo.* (1) Exiit filia vocis, illumque allocuta eſt; Tu improbe & fili improbe, (2) tu nepos improbi iſtius Nimrodi, qui rebellare fecit totum

הרשע שהמריד כל העולם
כולו עליו במלכותו כמה
שנותיו של אדם שבעים
שנה שנאמר ימי שנותינו
בהם שבעים שנה
ואם בגבורות שמנים שנה
והלא מן הארץ עד לרקיע
מהלך חמש מאות שנה
ועוביה של רקיע מהלך
חמש מאות שנה וכן בין
כל רקיע ורקיע למעלה
מהן חיות הקדש רגלי
החיות כנגד כולם קרסולי
החיות כנגד כולן שוקי
החיות כנגד כולן רכובי
החיות כנגד כולן ירכי
החיות כנגד כולן גופי
החיות כנגד כולן צווארי
החיות כנגד כולן ראשי
החיות כנגד כולן קרני

totum mundum contra illum (Deum) in regno ſuo: Dic mihi, quot ſunt dies vitæ humanæ? Annon ſunt (3) ſeptuaginta anni, quemadmodum dicitur Pſ. xc: 10. *In diebus ipſis annorum noſtrorum ſunt ſeptuaginta anni, aut ſi ſumus robuſtiſſimi octoginta anni:* Et annon à terra uſque ad expanſum eſt iter quingentorum annorum, & tunc denſitas expanſi rurſum eſt iter quingentorum annorum, & tale ſpatium eſt à quovis è ſeptem memoratis cœlis ad alterum: Supra ſunt animalia ſancta, quorum (4) pedes ſeu planta pedis tantæ magnitudinis ſunt, ac magnitudo eorum, quæ jam enumeravimus, tali animantium tantæ magnitudinis ac hæc omnia, crura quoque animantium tanti ſpatii capaces ſunt ac hæc magnitudo memorata, (de talo, de pede, & omnibus cœlis, ſic ſemper αὔξησις eſt) genua animantium magnitudine omnibus his reſpondent, fœmora animantium tantæ magnitu-

החיות כנגד כולן למעלה
מהן כסא כבוד רגלי כסא
הכבוד כנגד כולן כסא
הכבוד כנגד כולן מלך אל
חי וקיים רם ונשא
שוכן עליהם ואתה אמרת
אעלה על במתי עב ארמה
לעליון אך אל שאול תורד
אל ירכתי בור :

dinis ſunt, ac hæc omnia, colla tantæ magnitudinis ſunt ac hæc omnia, capita animantium his omnibus enumeratis aqualia ſunt, & tandem cornua tantæ magnitudinis ſunt, ac hæc omnia; ſupra animalia eſt ſolium gloriæ, cujus pedes tantæ magnitudinis ſunt, ac hæc omnia enumerata, ita ſolium gloriæ tantæ magnitudinis eſt, ac hæc omnia, huic inſidet Rex, Deus vivus, & vivificans, excelſus & elatus; Et tu improbe audes dicere *Aſcendam ſupra excelſa nubis denſæ, ego excelſo me æquabo, verum tu in infernum detruderis, ad ipſa latera fornacis.*

ANNOTATIONES.

(1) Exiit Bathkol ſeu filia vocis. Plurima cœlitus demiſſæ hujus vocis exempla in Talmude proſtant, quæ tamen haud immeritò ſuſpectæ fidei à Doctiſſimo Ligtfooto ducuntur. Horæ Hebr. in Math. III: 17. Nam quum ordinaria oracula à Malachiæ tempore fatentibus ipſis Hebræis ceſſaverint, ut extat teſtimonium in Sepher Hakkabala, *ab eo tempore, quo* נפטר עזרא הסופר וחגי וזכריא ומלאכי ונסתלקה נבואה מישראל *Eſras ſcriba, Haggai, Zacharias, & Malachias mortui ſunt, Prophetia ab Iſraele ablata fuit*, quomodo Deus in rebus dubiis tam illuſtri modo rejectaneo populo reſpondere voluiſſet, qui tamen illum per Urim & Tummim nulla reſponſione ultra dignum judicavit. Certè ipſa teſtimonia, quæ huic Bathkol adſcribuntur,

minus

minus cum Natura Spiritus Sancti convenire videntur, paſſim in Scriptura ad obedientiam ſuperioribus exhibendam admonemur, contra Hiſtoriam in Bava Bathra fol. 32. referunt, quaſi Herodes *audiiſſet Bathkol dicentem, Quicunque ſervus jam rebellaverit, proſperè rem geret, tum Herodes inſurrexit in Dominos ſuos, atque omnes occidit.* Si alia argumenta ſcire cupis, adi Horas Hebr. Doctiſſ. Ligtfooti l. c.

(2) Quando Nebucadnezar nepos Nimrodi vocatur, id non propriè ſecundum Judæos intelligendum eſt, utpote illi exiſtimant ex uxore quadam Salomonis Nebucadnezarem prognatum eſſe: Nimrod verò è familia Chami oriundus eſt, ſed talis dicitur, quia vitam Nimrodi in factis ſuis expreſſit, & in eadem regione Sinhar, prout prior, regnavit. Hoc intendunt Authores Toſaphot, ideo dicitur nepos על שם מעשיו שמלך גם הוא בסנער Sic paſſim nomen filii in ſcriptura ſumitur, quando ſe homo ad alterius exemplum ſive in virtute, ſive in vitio, componit. Ita ſalvator noſter Judæos filios Diaboli vocat, quia *ποιοῦσι τὰ ἔργα faciunt opera* Diaboli. Joh. VIII:41.

(3) Authores Toſaphot obſervant numerum annorum, ex Pſalmo citatum, referendum eſſe ad communem vitæ humanæ terminum, non autem in ſpecie ad Nebucadnezarem, qui eo tempore, quo jactabundus in blaſphema verba erupit, hunc terminum jam exceſſerit: Sic ſonant verba: *Septuaginta anni non ideo nominantur, quaſi Nebucadnezar non plures annos habuerit: Computa à diebus Senacheribi, cujus interitus conjunctus cum legatione, quam miſerat Baladan ad Ezechiam (2. Chron. XXXII. 31.) conſtat autem quòd Nebucadnezar Scriba in domo Regis eo tempore jam fuerit, & (occaſione legationis hujus) ad regnum occupandum dignus evaſerit.* Quæ paucioribus verbis de legatione ad Ezechiam facta heic narrantur, ea prolixius in Gemara Sanh. c. XI. in excerptis Cl. Cocceji p. 335. & 336.

(4) Quæcunque hic de altitudine immenſa ſolii Divini recenſentur, ipſi hodierni Judæi non aliter quàm Hyperbolicè dicta eſſe volunt, quatenus inanis iſta Nebucadnezaris gloriatio retundatur, qua ſolium in excelſis Deo ſimile occupare cogitabat. Reperies tamen alios, quibus in ſenſu Cabbaliſtico hæc ex-

explicare placet. Partes animantium memoratæ primo intuitu non facilè ab invicem diſcerni poſſunt, igitur neceſſe eſt, ut lucem quandam ad illuſtrationem aliunde mutuemus. Per רגלים intelligitur *planta pedis*, vel ut Raſchi dicit עגבי פרסותיהן. *Talus* vocatur aliâs אסתיורא, ubi planta pedis cum crure conjungitur. שוק ſeu *crus*, eſt illud os, quod conjungi ſolet cum planta pedis. רכוב *genu*, cui corpus quaſi inſidet à רכב inſidere ירך eſt illud *os femoris* in lumbis infixum.

ולא במרכבה ביחיד תני ר׳ חייא אבל מוסרין לו ראשי פרקים אמר רבי זירא אין מוסרין ראשי פרקין אלא לאב בית דין ולכל מי שלבו דואג בקרבו איכא דאמרי והוא שלבו דואג בקרבו אמר רבי אמי אין מוסרין סתרי תורה אלא למי שיש בו חמשה דברים שר חמשים ונשוא פנים ויועץ וחכם חרשים ונבון לחש ואמר רבי אמי אין מוסרין דברי תורה לע״כום שנאמר לא עשה כן לכל גוי ומשפטים בל

(1.) *Non diſquirunt de opere currûs coram uno.* Tradit R. Chiia, quamvis non diſquirant, *de opere currûs*, tradunt tamen (2) principia illius: Dixit R. Sira, principia non tradunt, niſi illi, qui Pater domûs Judicii eſt, & omni illi, qui cor anxium habet: Alii dicunt, quod etiam Pater domûs Judicii cor anxium habere debeat. Dixit R. Ammi, non tradunt arcana Legis, niſi illi, in quo hæc quinque requiſita reperiuntur, ut ſit dux quinquaginta virorum, æſtumatus, conſiliarius, ſapiens ut cœteri eo loquente ſileant, & intelligens muſſitantem. Dixit quoque R. Ammi (3) Verba legis Idololatræ ſeu Gentili non tradunt,

ידעום א"ל רבי יוחנן לרבי
אלעזר תא אגמרך במעשה
המרכבה אמר ליה לא
קשאי כי קש נח נפשיה
דרבי יוחנן א"ל רבי אסי
תא ואגמרך במעשה
מרכבה אמר ליה אי זכאי
גמירתה מרבי יוחנן
רבך·

dunt, quia dicitur Pſalm. CXLVII: 20. *Non fecit ita ulli Genti, & jura iſta non noverunt.* R. Jochanan allocutus eſt R. Eleaſar, (4) Veni, ego te *Opus Currûs* docebo, tum hic reſpondit, ego nondum ſenex ſum, poſtquam vero conſenuerat R. Jochanan, (5) mortuus eſt: Tum R. Aſi ad R. Eleaſar dixit, Veni, ego docebo te Opus Currûs: reſpondit, ſi idoneus fuiſſem, jam à R. Jochanan Rabbino tuo edoctus fuiſſem.

ANNOTATIONES.

(1.) Si ulla eſt in tota Sacra Scriptura exhibita viſio, quæ oculos aſſidui contemplatoris Emblematum divinorum fixos tenet, certè hæc eſt, quæ Prophetæ Ezechieli ad fluvium Cebar obtigit; in illa imago ſolii gloriæ objecta eſt, cui Deus ſub ſpecie humana inſidet, quod expanſis alis quatuor animalium, junctorum totidem rotis ſuſtinetur, ſymbolum certiſſimum ſimul & illuſtriſſimum Regni, quod Dominus Eccleſiæ in populum ſuum quovis tempore habet, cui inſidet ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπε ſub ſpecie humana, & à Miniſtris ſuis de ſpiritu & gratia Divina participantibus per omnes mundi plagas circumfertur & illorum Miniſterio gloria Regni ſui promovetur, quemadmodum in Sancto Sanctorum idem præſignificatum videtur, quum Cherubini alas ſuas ſuper arcam expanderunt, ut ſymbolum præſentiæ Divinæ in illis recumberet, hinc ortæ figuratæ Phraſes vehi ſuper Cherubinis Pſ. XVIII: 11. Sed cum meæ partes hac vice

 non

non tam poſtulant Reformatorum ſententias de Opere Currûs expendere, quàm Judæorum, illas, quantum vires permittent, implebo, & quæ apud illos ſententiarum divortia reperiuntur, in apricum ponam. Maimonides in Comment. ſuo ad Miſn. per *Opus Currus* intelligit ſcientiam Theologicam *eſſentiæ ſcil. Divinæ, attributorum Divinorum, Angelorum, & animarum, & quatenus quis novit iſtam rerum faciem, quæ poſt mortem futura ſit.* Præterquam quòd Vir Doctiſſimus in ſignificatu Operis currûs variet, ſicuti infra ex Abarbanele aliam illius explicationem afferemus, accedit, quòd juxta verba citata, non tam Opus ſeu Hiſtoria Currûs, quam verò ſcientia illius eſſet, itaque non immeritò in cenſuram Bartenoræ & Lipmanni incurrit. Ipſe Bartenora in ſignificatu exprimendo non felicior eſſe videtur, quando Opus Currûs in illo conſiſtere exiſtimat, ut mediante eo is, qui *commemorat Nomina Dei Sancta, Coronâ fruitur, ſpeculaturque Vigilias Angelorum in cuſtodiis ſuis, & quomodo templum in templo, ſicuti iſti, qui vident in Spiritu Sancto.* Quæ verba, cum obſcuriora ſint, quam ut ſtatim percipi poſſint, ſequentia apponere placet. Juxta Judæos Opus Currûs eſt res ſanctiſſima, quòd à Sanctiſſimo tantùm Theologo pertractandum eſt, quia in ipſius doctrina ſæpius Nomina Divina & attributa occurrunt, quæ ſi quis rectè intelligit, pervenire poteſt ad arcanum illud Dei attributum, quod à Doctoribus Cabbaliſticis כתר עטרא & תגא ſive *Corona* dicitur, qua mediante miracula patrare poteſt, ſicuti illius miniſterio Prophetæ talia patraſſe Judæi exiſtimant. Sed cum *Opus Currus* doctrinam adeo Sanctam contineat, ab illo arcentur profani & indocti, neque quiſquam admittitur, niſi is, qui חכם ומבין מדעתו *Sapiens, atque ex ſeipſo intelligens ſit*, nullus profanis aditus patet ad communionem Coronæ hujus, quæ prima ex interioribus ספירות ſeu emanationibus Dei eſt, per quam illi, qui Corona hac fruuntur, Deum vident à facie ad faciem, proinde Bartenora dicit, quod *ſpeculentur Angelorum vigilias in ſtationibus ſuis,* ſicuti enim Reges multa undique ſtipata ſatellitum Corona circumdari ſolent, ita circa thronum Dei Spiritus Miniſtratorii ad juſſus exequendos parati ſtant.

Per

Per id, quod Bartenora dicit, Templum in Templo eſſe, iterum ex Sephirot ſeu emanationibus explicandum eſt, diverſas enim ſtatuunt, quarum aliæ propiùs ad Deum benedictum accedunt, & alio nomine dicuntur בתי גואי *domus interiores*, aliæ verò ab ipſo recedunt, & vocentur בתי בראי, & ſecundum hanc Hypotheſin ſpeculari *Templum in Templo*, eſt ex Sephira obſcuriori perſpicere ad clariorem, donec quis tandem attingat illam Sephiram, è qua Divina Majeſtas, שכינה dicta, illuſtriori modo perſpicitur, quæ cauſa quoque eſt, quod Bartenora addat, *ſicuti (Propheta) qui in Spiritu Sancto, ſive per Spiritum Sanctum vident*, qui cum à Spiritu Sancto afficerentur, aliquamdiu ex exteriori Sephira in intimam, Sanctiſſimamque rapiebantur. Communis tamen Judæorum ſententia eſt, Opus Currûs eſſe viſionem iſtam Ezechieli repræſentatam, quam ob ſublimitatem ſuam non publicè inquirere liceat, circumſtantias illius cunctas accuratè ſcrutando, examinando myſticum iſtum ſenſum à ſapientibus traditum, præſertim circa Chaſmal: Non putandum eſt, abſolutè interdici inquiſitione hujus *Currûs*, conſtat enim plures circa explicationem illius ex Judæis operam navaſſe, veluti Raſchi, Kimchi &c. & ſecundum Abarbanel in Proleg. ad Ezechielem לא החמירו ולא הזחירו הקדושים ז"ל מדרישת ולמוד מעשה מרכבה אלא של הדרך הרוחני שהיה מקובל אצלם וכל שכן בחשמל *non aggravarunt, neque dehortati ſunt Sapientes p. m. inquirere & docere opus currûs (omni modo) ſed tantùm juxta ſenſum ſpiritualem, qui eſt apud illos receptus, maximè quoad Chaſmal.* Quouſque autem Judæi in notatu digniſſima hac viſione procedant, & quos illius ſignificatus eſſe doceant, placet ex præf. Abarbanelis in hunc Prophetam apponere, in qua præcipuos explicandi modos Doctorum Judaicorum recenſet. Primus antiquiſſimus eſt, & ex traditione priſcorum in ſchola ſervatus, hic intelligit שהחיות הם משל למלאכים הרוחניים העומדים בבית השם שכלים נבדלים מכל גשמות משרתיו עושי רצונו והאופנים הם גם כן שכלים נבדלים, animantia, *comparari cum Angelis ſpiritualibus in domo Dei ſtantibus, ab omni corporeitate abſtractis, Miniſtris Dei & voluntatem illius exequentibus, ita etiam* Rotas *cum intelligentiis abſtractis.* Angelos ſub hac notione venire, ex precatione matu-

tina à Viris Synedrii M. compoſita Abarbanel probat : והאופנים וחיות הקדש ברעש גדול מתנשאים לעומתם משבחים ואומרים ברוך כבוד יי ממקומו *Et rotæ, & animalia Sancta magno cum fragrore elevant ſe, laudant, dicuntque: Benedicta ſit gloria Divina de loco ſuo.* Quod autem numero quatuor animalia ſint, illud refertur ad Principes iſtos Angelos, Michaelem, Gabrielem, Nurielem (ita textus legit, rectius fortè Uriel) & Raphaelem, qui tanquam Satellites ſolium Dei cingunt, Iſraelis caſtra juxta quatuor plagas cuſtodiunt, omnemque influxum ſuum à prima cauſa accipiunt, quæ per Chaſmal exprimitur, & סבת הסבות cauſa cauſarum vocatur, & hæc primæ ſententiæ mens eſt. Altera planè Philoſophica, & exprimendis Phyſices Ariſtotelicæ Principiis accommodata eſt, pro Auctore agnoſcit Maimonidem, ſic enim Abarbanel אמר הרב שהיו הארבע חיות משל לגרמיים השמימיים ולהיותם חיים משכילים אמר בהן דמות אדם להנה וכ״ו ואומר הרב שהאופן הראשון שנזכר באן הוה רמז אל החומר הראשון וארבעת האופנים היו משל לארבע היסודות הפשוטים שהחומר הראשון משותף בכולם *Dicit Maimonides quatuor Animalia Symbola eſſe quatuor Corporum Cœleſtium, quæ cum ſint Animantia intelligentia, de illis in textu dicitur, quod ſimilitudinem hominis habuerint* &c. *Inſuper exiſtimat, quod Rota, quæ primò memoratur, innuat Materiam primam, ſed quatuor iſtæ rotæ ſint ſymbolum quatuor Elementorum ſimplicium, quibus Materia prima conjuncta eſt.* Per Caſmal verò intelligit מציאות השכלים הנבדלים *exiſtentias intelligentiarum abſtractarum*, inſpice quoque Moreh Nebhocim l. 3. cap. VII. priorib. Eandem cum Maimonide ſententiam fovent Philoſophi Judæi, quibus ſecreta Doctrinæ Currûs pernoſcere interdictum eſt; hæc ſententia ob abſurditatem ſuam meritò ab Abarbanele vocatur שקר וכזב בכונת הנביא שלא עלה על לבו דבר מההתפלספות ההוא *mendacium & falſitas quoad intentionem Prophetæ, quum de Philoſohia nihil quidquam cogitaverit.* Quid enim vaticinio Ezechielis commune cum Philoſophia, cùm Propheta à Deo ad convincendos Judæos de perverſitatibus mitteretur, cap. II. ad annunciandum Templi illius magnifici deſtructionem. Quæ cauſa interdicti, non licere diſquirere de rebus naturalibus? Itaque cum ſententia hæc

ve

vel primo intuitu nullius ponderis ſit, in enarrandis aliis rationibus, quas numero novem doctiſſimè Abarbanel collegit, ſuperſedeo. Progredior ad tertiam ſententiam, quæ probabilitatis quandam ſpeciem præ ſe fert, & à Chriſtianis quibuſdam, fatente ipſo Abarbanele, approbata eſt, hæc brevem ἐκτύπωσιν totius I. Capitis Ezech. proponit, quam, ideo quia commoda non contemnenda ſecum affert, breviter Latinis nonniſi verbis ſubjiciam. Jojacim cum populo ſuo in Babyloniam à Nebucadnezare deportatus exilium hoc impatienti animo ferebat, Deus itaque ad exules lugentes conſolandum viſionem hanc ad fluvium Cebar Ezechieli objecit, quæ illum edocuit, manum Dei hucuſque fuiſſe ſuper Jeroſolymam extenſam, attamen brevi vaſtandam eſſe, hinc vidit *ventum turbineum ab Aquilone venientem* v. 4. Nebucadnezarem ſcil. vaſtantem domum viventis Dei conf. Jer. I: 14. vidit *ignem ſeſe accendentem*, quatenus Nebuſaradan *combuſſit domum Adonai, & domum Regis, omneſque domos Jeruſchalaimorum* Jer. LII: 13. ex cujus medio emicabat *Chaſmal*, ad denotandum cuncta hæc mala vi decreti Divini contingere v. 5. *E' medio* Chaſmal *ſimilitudo quatuor animalium*, per quæ intelliguntur quatuor Principes Cœleſtes in inferiora Mundi regna influentes Regnum ſcil. Babylonicum, Perſicum, Græcum, Romanum, quæ omnia hoſtilem in Iſraelem animum habuerunt, quod verò illis adſcribitur *ſimilitudo humana*, denotat ſingulari intelligentia & ratione animalia hæc prædita fuiſſe. v. 9. dicuntur *conjunctæ una ad alteram alæ*, dum regna hæc ſibi invicem ſucceſſerunt, v. 10. *facies leonis ad dextram* denotat Principem Babyloniæ, unde Nebucadnezar Jer. IV: 7. ſub emblemate *Leonis ex perplexo vepreto ſuo aſcendentis* exprimitur. Facies hominis Symbolum eſt Principis Regni Perſici, ſub quo Iſrael humaniter tractabatur, imò ad promiſſam terram Canaan poſſidendam reducebatur, reſtitutis per Nebucadnezarem ablatis ſacris vaſis, libertate data Templum reædificandi, ad hunc ſignificatum alludit Joſeph Ben Gorion, ששעבוד מלכי פרס לישראל היתה עבודה מתוקה ומפני זה ראה הנביא שרי שאר האומות בצורת בעלי חיים טורפים אכזרים ושר פרס בפני אדם רחום וחנון *Quando Iſrael Regibus Perſiæ ſerviebat, tum ſervitium erat dulce,*

 propterea

propterea quoque Propheta vidit Principes reliquorum populorum ſub Emblemate Animantium rapacium & crudelium, at Perſiæ Principem tanquam facies hominis miſericordis & gratioſi. Facies bovis de Regno Græco intelligenda eſt, quatenus Alexander cunctos terræ Reges cornibus ſuis bovis inſtar petiit. Aquilæ facies ad Regnum Romanum quadrat, cùm omni tempore Imperatoribus pro inſigni aquila erat, vel etiam in oppoſitione priorum Animantium Imperium Romanum faciem Aquilæ habere dicitur, quia de Deo mirabilia loquitur, cum in reliquis Regnis nulla veri Dei cognitio vigebat, quod com. 11. dicitur, *& quiſque in tractum faciei ſuæ* objectum *ibant*, innuit quamlibet nationem Naturam Cœleſtis ſui Principis aſſumere, ſic Babylonii rapinis dediti, Perſæ verò benignitati. Alæ, quæ animantibus adſcribuntur, deſignant Dominium ab una maris extremitate ad alteram, alæ hæ *ſupernè ſeparatæ ſunt* v. 11. id eſt, Principes hi influxum ſuum à ſuperioribus cauſis accipiunt: per manus v. 8. fortitudo, per pedes v. 7. velocitas, & per motum, Regnorum ſubjectio denotatur: omnia juxta efficax Dei decretum eveniunt, ſicuti v. 20. *quocunque iturus erat illorum ſpiritus, ibant*, quando dicitur v. 13. *ſpecies animalium, eſt velut carbonum ignis ardentium in ſpeciem lampadum*, hoc vult quod omnem gloriam præliando, percutiendo, interficiendo, perdendo adepturi ſint, & *ſic ſplendor eſt ignis, atque ex igne prodibat fulgur*, gloria enim comparatur cum luce ex igne belli orta, quæ terrorem incutit habitatoribus terræ, quem admodum fulgur terrefacit. Regna hæc plures viciſſitudines ſubeunt, modo exaltantur, modo deprimuntur, ita v. 14. *animalia hæc excurrunt & revertuntur in ſpeciem fulguris vehementiſſimi.* Præter memorata animalia Ezechiel quoque vidit quatuor rotas in terra, quæ ſunt quatuor Imperia ab animalibus influxum ſuum recipientia, & cum omnia unius ſpeciei ſunt, ideo ſub una rota v. 15. veniunt, v. 16. dicitur, *unam rotam in altera eſſe*, hoc eſt, imperium unum contra alterum inſurgere, illudque ſubigere, quemadmodum rerum ſumma à Babyloniis ad Medos tranſiit, & ab his ad Græcos &c. v. 18. rotarum *apſidibus altitudo erat*, quodlibet ex his regnis ſua propria guberna-

tione

tione gaudet, *canthi* harum rotarum referunt ſuperbiam & cordis elationem, juxta quam dicunt, Ego in cœlis regnabo, *canthi hi pleni ſunt oculis circumquaque*, puta Reges, quum norunt nullo tempore deeſſe Regni inſidiatores, circumſpecti ſunt, quo Regna in incolumitate atque proſperitate cuſtodiant. Regna hæc duratura ſunt, quamdiu Principes illorum de influxu participabunt, nam. v. 19. *euntibus animalibus ibant rotæ ſecundum illa, & quum attollerent ſe animalia ſurſum à terra, attollebant ſe rotæ*, id eſt, quamdiu Principes cœleſtes in dignitate manent, rotæ ſeu regna dignitate pollent, ſed quum ab illis Dei influxus cohibetur, ultra regna conſiſtere nequeunt, nam *euntibus illis, ibant, & conſiſtentibus illis, conſiſtebant* v. 21. *quia Spiritus animalis aderat rotis* היה ענין התקשרות האומות עם שריהם כקישור אופני העגלה עם החיות המוליכות אותה *eſt talis conjunctio populorum cum Principibus ſuis, qualis eſt rotarum plauſtri cum animalibus illud trahentibus.* v. 22. *Similitudo expanſi erat ſupra capita animalium*, Sedes Majeſtatis Divinæ illic collocata, ex qua Deus in principes jam ſæpiùs memoratos influit, etenim *ſub hoc expanſo alæ illorum erectæ* v. 23. ad divina virtute immediatè fruendum, ſic v. 26. ſubjungitur *Supernè autem ad expanſum illud, quod erat ſupra caput illorum eſt ſolii ſimilitudo, cui quaſi ſpecies hominis ſupernè inſidet*, hinc exit à Deo influxus in Principes, & ab his in Regna terreſtria, quæ juxta Dei voluntatem reguntur, nam *Deus eſt, qui transfert Reges, & conſtituit Reges* Dan. 11: 21. Hic ſenſus Judæis literalis vocatur, & à pleriſque recipitur, non tamen ab ipſo Abarbanele, quemadmodam Vir quidam Doctiſſimus, & Inſignibus ſuis ſcriptis cuilibet notus, de Myſterio Cherubum & Rotarum Ezechielis affirmare videtur, ad quod demonſtrandum non multùm laboris requiritur, inſpiciantur modo datam ſententiam proximè ſequentia verba in Proleg. Abarb. in Ezech. ubi Abarbanel expreſſis verbis dicit, ſe ob duas rationes illi ſententiæ accedere non poſſe, quare propriam ſubjicit, quam Vir modò laudatus ſilentio præteriit, & obſervavit *in Prolegomenis Commentariorum Abarbanelis (tantùm) tres diverſas apud Doctores ſuæ gentis iniri vias, quibus Myſterium* Currûs *exponunt.* Abarbanelis ſenten-

tia

tia nobis numero quarta erit, quæ c.l. exſtat. Obſervat Deum ſe tali modo Prophetis conſpiciendum exhibere, qui actionibus exequendis appropriatus eſt, quum transfert Reges, & alios conſtituit, tunc Judicis inſtar Tribunali inſidentis à Daniele conſpicitur Dan. VII: 9. Ita Ezechiel Deum vidit currui inſidentem, quia ab Hieroſolyma ſua recedere, illamque vaſtare intendit כמנהג המלכים בנסעם ממקום למקום שיכינו לו מרכבתו ללכת לדרכו וזה כולו ענין המשלי כלשון בני אדם ולכן ראה ארבעה חיות ואופנים לשלמות המשל כי כמו שהמרכבה הגשמית אשר אתנו שעליה ישב המלך בדרכו ינהיגוה ארבעה בהמות או חיות שמניעים את האופנים שהמרכבה מתגלגלת עליהם כן ראה יחזקאל מרכבה עליונה שנוסע בה הכבוד האלקי ושכינתו והסתלקה מבית המקדש מקרב ישראל *quemadmodum Reges, qui ex uno loco in alium proficiſcuntur, parant ſibi currum ad iter ſuſcipiendum. Cum tota hæc res Parabolica, & à more humano deſumta ſit, ideo ad ſimile abſolvendum vidit quoque quatuor animantia & rotas, ſicut enim currus nobis uſitatus, cui Rex inſidet, a quatuor animantibus trahitur, quæ rotas movent, ut currus ſuper illis volvatur, ſic vidit Ezechiel currum cœleſtem, in quo gloria Dei proficiſcebatur, & Majeſtas illius à Templo & medio Iſraelis recedebat.* Abarbaneli rotæ ſunt corpora cœleſtia, quæ moventur ab animalibus, id eſt, Spiritibus ab omni Materia deſtitutis, ſeparatis, ſuprà eſt expanſum ſeu locus, ex quo hi Spiritus influxum ſuum recipiunt, quod ſpeciem humanam habere dicuntur, innuit animantes eſſe intellectûs capaces, & cùm animalia vocantur, magnam fortitudinem, quæ illis ineſt, denotat.

(2) *Principia capitum tradere* Judæis dicitur, brevem rerum explicandarum ἐκτύπωσιν exhibere, quâ homo ſapiens mediante ingenii ſui acumine ad perfectam notitiam pervenit. Jam cùm Myſticum quadrigæ hujus ſenſum expreſſis verbis exponere prohibitum erat, diſcipulis ſapientibus brevem duntaxat illius delineationem Magiſtri dabant, ut per hanc Myſterium illis innoteſceret, ita hæc ראשי פרקין ſeu *Principia Capitum* clavis inſtar erant, quæ ad interiora aditum concedebant. Non malè dicuntur κλεὶς τῆς γνώσεως.

(3) Su-

(3) Ex ſuperioribus notum eſt, quemadmodum Judæi exiſtiment præcepta tantùm Noachida ad Gentiles pertinere, legem verò Judæis, tanquam ſignum diſcretivum, datam eſſe, ſic commentatur Aben Eſra in hunc Davidis locum לא נתן תורתו רק לעמו לבדו שהבדילו להיות לו לעם סגולה *legem dedit populo ſuo, qua illum ſibi ſeparavit* εἰς λαὸν εἰς περιποίησιν. Unde lege apud illos prohibitum eſt Gentilem in cognitionem legis Divinæ inducere, qui quoque, ſi legem didicit, morte pœnam luet: עכ״ום העוסק בתורה חייב מיתה והמלמדו עובר מלפני עור לא תתן מכשול *Gentilis in lege occupatus reus mortis eſt, & qui illum docet, tranſgreditur dictum Lev.* XIX. 14. *& coram cæco noli ponere offendiculum.*

(4) Vox גמר, quæ in Gemara exſtat, duplicem ſignificatum habet, notat tum perficere, complere, tum docere; ſi poſterior ſignificatus obtinet, ut in præſenti loco, inſtitutionem non ſuperficiariam ſed conſummatam, perfectam declarat, unde גמרא Gemara nomen ſuum habet, quia ea, quæ ad ſenſum Miſnæ percipiendum deſunt, ſupplet, & ſimul lectorem de integro & perfecto edocet, Eundem ſignificatum in Novo Teſtamento voces πληροῦν, τελειοῦν habere videntur. Math. v: 17. Chriſtus dicit ſe non veniſſe καταλῦσαι, *ut diſſolvat legem*, quemadmodum Phariſæi fecerant, qui non plenum ſed mutilatum legis ſenſum tradiderunt, ἀλλὰ πληρῶσαι ſed *ut impleat*, ut legis omni numero conſummatæ integritatem à mancis Phariſæorum gloſſis vindicet, & illam, *perfectè doceat*, quemadmodum plura exempla in ſequentibus proſtant, quòd legem impleverit ſeu illam perfectè docuerit.

(5) נח נפשיה, mortuus eſt, verbotenus *quievit anima illius.* Sic ſtatus animæ curis corporis ſolutæ quietis nomine venit; quando Judæi defunctorum mentionem faciunt, eandem vocem adhibent יבוא שלום ינוחו על משכבותם הולך נכחו *Veniat pax, quieſcunt in cubilibus ſuis, abeat in rectitudine ſua*: Locus ex Jeſ. LVII: 2. deſumtus. Johannes ἀναπαύεσθαι requieſcere mortuis attribuit. Joh. XIV: 13.

רב יוסף הוה גמיר מעשה
המרכבה סבי דפומבדיתא
הוו תנו במעשה בראשית
אמרו ליה ליגמור לן מר
מעשה מרכבה אמר להו
אגמרון לי מעשה בראשית
בתר דאגמרון אמרו ליה
ליגמרון מר במעשה
מרכבה אמר להו תנינא
בהו דבש וחלב תחת
לשונך דברים המתוקין
מדבש וחלב יהו תחת
לשונך רבי אבהו אמר
מהכא כבשים ללבושך
דברים שהן כבשונו של
עולם יהיו תחת לבושך
אמרו ליה תנינן בהו עד
ויאמר אלי בן אדם אמר
להו הן הן מעשה המרכבה
מיתיבי עד היכן מעשה

R. Joſeph docuit *Opus Currûs* & (1) Seniores Pumbedithæ notitiam habuerunt *Operis Creationis*; Hi dixerunt ad R. Joſephum, (2) Domine doce nos *Opus Currûs*. At ille reſpondit; Docete me *Opus creationis*. Poſtquam verò edoctus erat, ſeniores ipſum alloquebantur, Domine doce etiam nos *Opus Currûs*. Reſpondit: Traditur Cant. IV: 11. *Mel & lac ſint ſub lingua tua.* Ea, quæ melle & lacte dulciora, ſub lingua tua ſint, ſeu maneant. Abuhu dixit, probari ex Prov. XXVII: 26. *Sint ſub veſtimento tuo recondita.* Ea, quæ in mundo occulta ſunt, ſub veſtimento tuo lateant. Seniores Pumbedithæ dixerunt, jam didicimus uſque ad verba Ezech. II: I. *Tunc dixit mihi, fili hominis.* Reſpondit R. Joſeph: Hoc ipſum eſt *Opus Currus*, quod didiciſtis. Quæritur ideo (3) quouſque ſe extendit *Opus Currûs*. Ribbi dicit, uſque ad verſum 28. R. Iſaac dixit uſque ad Chaſ-

המרכבה ר' אמר עד וארא בתרא רבי יצחק אמר עד החשמל עד וארא מגמרינן מכאן ואילך מסרינן ראשי פרקין איכא דאמרי עד וארא מסרינן ראשי פרקין מכאן ואילך אם הוא חכם מבין מדעתו אין אי לא לא·

Chaſmal v. 27. (ſed quare tu dicis uſque ad v. 1. c. 11.) Reſpond. uſque ad Vaere perfecte docemus ſed hinc & deinceps tradimus initia capitum. Alii tamen dicunt uſque ad Vaere v. 27. tradimus initia capitum, ſed hinc & deinceps, ſi diſcipulus ſapiens, atque ex ſeipſo intelligens ſit, ſeipſum edocere poteris, ſi verò talis non eſt, tum quoque non edocetur.

ANNOTATIONES.

(1) In Halicot Olam p. 22. nomina horum ſeniorum exprimuntur Ena & Abimi fil. Rabhæ. Hoc nomen *ſeniorum* in Synagoga Judaica non inuſitatum fuit, quod forte anſam dedit. Primitivæ Eccleſiæ Novi Teſtamenti tales ſeniores conſtituendi. Expreſſè Paulus πρεσβυτέρων, *ſeniorum* mentionem facit 1. Tim. v: 17. Hi ſeniores erant urbis Pumbedithæ, quæ urbs Babyloniæ celebris ob latrocinia ſcil. & furta, quam ob cauſam illam ſtudiorum cauſâ non inviſebant, imò ab illa diſcipulos dehortabantur שמעתכין אקילקלי דמתא מחסיא ולא אפדניה דפומבדיתא *Studium veſtrum potius ſit in ſterquilinio urbis Mechaſia, quàm in Palatiis Urbis Pumbedithæ.* Quod verò R. Joſeph promiſſis ſuis non ſteterit, atque hos ſeniores Opus Currûs non edocuerit, operæ pretium eſt, ut audiamus Maimonidem in præf. ad Miſnam. *Abſit, ut factum putemus, quòd invideret illis ſcientiam, aut præeminere illis cuperet, cùm mores iſti vituperio digni ſint in quolibet, etiam ſtulto, quantò magis in*

viris illuſtribus! verum ideo hoc fecit, quod ſe idoneum exiſtimaret, qui illud, quod illi callerent, acciperet, at non exiſtimavit eos idoneos eſſe ei, quod penes ipſum eſſet, accipiendo, atque hoc probavit (allegato) Salomonis dicto Cant. IV: II. *Mel & lac ſub lingua tua, quod ita interpretati ſunt doctores (p. m.) ut ſenſus verborum ſit, res jucundas, è quibus dulcedinem percipit animus, inſtar ejus, quam percipit ſenſus guſtus à melle & lacte, enarrari non debere, neque è lingua ullo modo proferri, hoc eſt, quod dicit ſub lingua tua.* Hæc ex verſione Pocockii.

(2) Seniores Pumbedithæ dixerunt ליגמור לן מר מעשה מרכבה *Domine doce nos Opus Currûs.* Planè eandem Phraſem diſcipuli adhibuerunt, quum à Chriſto petierant formulam precum, *κύριε δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι*, *Domine doce nos precari* Luc. XI: I.

(3) Non omnia prohibita ſunt inquirere in hac viſione Ezechielis, diſtinguunt Judæi initium viſionis à fine, ea quæ verſum XXVII: I. antecedunt, & ea, quæ illum ſequuntur, illa docere licet, hæc verò non. More Nevochim l. III. c. V. Sapientes dicunt, *licitum eſſe docere duas apprehenſiones priores, apprehenſionem rotarum ſcil. & animalium* v. 4. & 15. *Tertiam autem apprehenſionem, quæ eſt* ꝫ *Chaſmal* v. 27. & *ejus, quod cohæret cum eo, non licitum eſſe docere, niſi ſecundam ſumma tantum, & generalia ejus capita. Verum Rabbenu Jehudah Hakkodoſch exiſtimat, omnes tres apprehenſiones vocari Opus Mercavah, ac de nulla licitum eſſe docere, niſi ſumma & principalia capita.* Ratio clara eſt, quare non liceat בשלמות ובפרסום perfectè & clarè viſionem ꝫ Chaſmal edocere, לפי שהדרישה מעניני האל יתברך היא השגה יותר עליונה מהשגת השכלים הנבדלים *quia apprehenſio Dei O. M. multo altior eſt, quàm apprehenſio intelligentiarum abſtractarum.* Abarbanel in Prol. ad Ezech. Aliter tamen reſpondent, quibus aſſerere volupe eſt, a v. 4. uſque ad 27. tradi tantùm generalia capita, adeoque etiam apprehenſionem Intelligentiarum abſtractarum non clarè doceri, hi putant mentem hominis non eò aſſurgere, ut naturam ſpirituum noſſe poſſit, השגת הנבדלים היא קשה על האדם מפני שהשכל האנושי לא ישיג כי אם מה שיובא אליו מדרך החוש והרמיון

והדמיון *Apprehenſio Spirituum à materia ſeparatorum ab homine non percipi poteſt, intellectus enim humanus ea tantùm aſſequitur, quæ mediante ſenſu, & per modum ſimilitudinis aſſequi poteſt.* Idem Abarbanel l. c.

ומי דרשינן בחשמל והא ההוא ינוקא ודרש בחשמל ונפקיה נורא ואכלתיה שאני ינוקא דלאו מטי זימנא אמר רב יהודה ברם זכור אותו האיש לטוב וחנניה בן חזקיה שמו אלמלא הוא נגנז ספר יחזקאל שהיו דבריו סותרין דברי תורה מה עשה העלו לו ג׳ מאות גרבי שמן וישב בעלייה ודרשו ת״ר מעשה בתינוק אחד שהיה קורא בבית רבו בספר יחזקאל והיה מבין בחשמל ויצאה אש מחשמל ושרפתו וביקשו לגנוז ספר יחזקאל אמר להם חנניה בן חזקיה אם זה חכם

Quid, licetne exponere Chaſmal? En Hiſtoriam, quæ contigit puero (1) minorenni, quum exponebat Chaſmal, exiit ignis, illumque devoravit. R. Differentia eſt, quoad puerum minorennem qui nondum genuinam ætatem habet. Dixit R. Jehudah: (2) Certò recordare in bonum hujus viri, cujus nomen eſt Chanania fil. Hiskiæ, nam ſi hic non interceſſiſſet, librum Ezechielis (3) abſcondidiſſent, quaſi verba ejus Legi (4) contraria eſſent. Quid boni igitur fecit? Quum trecenta olei dolia adducebantur (ut illo utens ſint intermiſſione explicationi rerum difficilium in Ezechiele contentarum vacaret) in loco domûs excelſo conſedit, atque expoſuit. Referunt Rabbini Hiſtoriam de puero quodam minorenni, qui in domo Magiſtri

 ſui

הכל חכמים הן מאי
חשמל אמר רב יהודה
חיות אש ממללות
במתניתא תנא עתים
חשות עתים ממללות
כשעה שהדיבור יוצא
מפי הק״בה חשות ובשעה
שאין הדבור יוצא מפי
הק״בה ממללות׃

ſui Ezechielem legerat, atque Chaſmal intellexerat, poſtea verò ignis ex Chaſmal exierat, atque illum combuſſerat, hinc quæſiverunt librum Ezechielis ἀποκρύπτειν, illis verò ſe oppoſuit Chanania fil. Hiskiæ, dicendo, ſi hic ſapiens fuit, anne tum omnes ſapientes erunt. Quær. (5) Quid eſt Chaſmal? Reſpondet R. Jehudah, ſunt animalia ignem eloquentia. In Baraita quadam traditur (derivari ex חשא ſilere & מלל loqui) nam quandoque ſilent, & quandoque loquuntur, eo tempore quo. Deus O. M. loquitur, animantia ſilent, ſed quando ex ore O. M. nullum verbum prodit, tunc loquuntur.

ANNOTATIONES.

(1) ינוקא propriè eſt infans ab uberibus matris adhuc pendens, qualis tamen hic non intelligitur, non enim adeo inepti Doctores Gemarici ſunt, ut ſtudium circa expoſitionem τȣ̃ Chaſmal infanti ubera matris ſugenti adſcribant, ſed Metaphoricè de illo intelligendum eſt, qui fundamenta notitiæ Theologicæ vix poſuit, & jam ad ea cognoſcenda, quæ intricatiſſima ſunt, animum confert; In eodem ſenſu apud Paulum Hebr. v: 13. νήπιος ſumitur, qui χρείαν ἔχει γάλακτος, *indiget lacte*, qui circa principia Religionis cognoſcenda laborat, oppoſitè ad virum, qui *ſolido cibo* στερεᾶ τροφῆ utitur, qui, ut Paulus porrò explicat, *propter habitum ſenſus exercitatos habet ad diſcretionem boni & mali.*

(2) Hæc

(2) Hæc formula ex Neh. v: 19. deſumta eſſe videtur, ubi Nehemias ob plurima in populum collata beneficia à Deo gratioſam ſui recordationem efflagitat, זכרה לי אלהי לטובה *Recordare mei, Deus mi, in bonum.* Sunt & in Novo Teſtamento loca, quæ eundem ſignificatum poſcunt. Sic Latro in cruce Μνήσθητί μου, κύριε, *recordare mei, Domine.* Luc. XXIII: 42.

(3) Vox גנז, ἀποκρύπτειν, *abſcondere* ſingularem ἔμφασιν habet, illâ enim Hebræi utuntur ad denotandum, quinam libri humanæ & obſcuræ Autoritatis tantum ſint, quinam in Canonem librorum Divinorum non recipi, ſed ſupprimi debeant. Sic Judæi iſtos libros, quos nos Apocryphos, גנוזים *abſconditos* vocant. In hunc numerum librorum Apocryphorum vaticinium Ezechielis referre voluerunt, quaſi quædam legi contraria in illo exſtarent. Interceſſit tamen fidelitas Chananiæ fil. Hiskiæ, (inſpice Otthonis Hiſt. Doct. Miſn. p. 88.) qui illud dextra explicatione Canoni Biblico reddidit. Hæc & ſimiles circa reliquos Sacræ Scripturæ libros Judæorum diſputationes non impio ſcripturam mutilandi animo habitæ ſunt, ſed ut divinam illorum Originem eò magis perſpicuam redderent.

(4) Sunt in libro Ezechielis quædam ἐναντιοφανῆ, ſeu contraria Legi Moſis juxta Judæos. Raſchi in h. l. יש בסופו דברים כקרבנות שסותרין דברי תורה *ſunt in fine Prophetiæ quædam repugnantia, ſicuti oblationes, quæ repugnant illis in Lege Moſis recenſitis.* In confeſſo eſt dimenſiones in Templo Ezechielis enumeratas non convenire cum dimenſionibus Templi Salomonici, ſed eſſe longe majores. Obſervat Ligtfootus in deſcript. Templi Hieroſ. c. 1. ambitum Templi Ezechielis multis vicibus ampliorem eſſe, quam unquam fuit mons Moriah; Atque hoc ipſum oſtendere Ezechielem Myſticè & ſpiritualiter intelligendum eſſe. Ipſe Maimon, quum viderat libamina, oblationes & totum ſervitium non convenire cum iis, quæ in Moſe ſcripta leguntur, dicit: הנביא צוה ופירש ביצד יהיו מקריבין המלואים עם חנוכת המזבח בימי המלך המשיח כשיבנה בית השלישי *Propheta præcepit & explicuit, quomodo offerent*

offerent ſacrificia initiatoria cum conſecratione altaris in diebus Meſſiæ Regis, quando Templum tertium extruetur. cap. 2. Maaſec. Hakorbonoth.

(5) Plurima ſententiarum divortia inter Chriſtianos æque ac Judæos de Origine vocis חשמל ſunt, non enim ſatis certa eſt illius Etymologia. In Gemara duplicem dant. Juxta primam loco ח legunt א quaſi eſſet אשמל *ignem eloquens* ex אש ignis & מלל eloqui, ratio Etymologiæ petitur ex Ezech. 1: 4. כעין החשמל מתוך האש *Sicut Chaſmal è medio ignis.* Altera derivat à חשא & מלל loqui, dum animantia pro ratione temporis modò ſilent, modò loquuntur, id eſt, ut Raſchi in Commentario ad Ezech. obſervat, משבחות ומהללות את השם *laudant, celebrant Deum.* More Nevochim p. III. c. VII. alius derivationis meminit. *Vocem hanc Chaſmal quidam exponunt, quod compoſita ſit ex duabus vocibus Chaſch & Mal, illa ſignificat feſtinationem (à* חוש *feſtinare) hæc abſciſſionem, amputationem (à* מול *circumcidere) idque ad denotandam conjunctionem duarum diverſarum rerum ſub ratione duorum laterum, ſuperioris & inferioris.* Chriſtiani, inter quos Celeb. Bochartus, originem petit ex נחש *æs* & מללא *aurum rude, quod modò ex fodina productum eſt.* Quemadmodum in Etymologia variant, ita non minus in ſignificatu illius cognoſcendo diverſi ſunt. Cabbaliſtæ Deum O. M. per Chaſmal intelligendum eſſe putant. Authores Gemarici Animantia Sancta. Raſchi, illumque ſecutus Kimchi in Comment. ad Ezech. ex traditione Veterum dicunt, הוא מלאך ששמו כך, *eſt Angelus, qui ita vocatur.* In Miclol Jophe ad Ezech. c. 1. v. 4. citatur explicatio de ſubtiliſſimo igne, quem acies oculorum ferre non poſſit. Sic verba ſonant: החשמל הוא הזך והנקי שבאש שלא יוכל העין לראות כפי מה שהוא לדקותו ואפשר שהוא אבן טובה ואמר כעין החשמל כמו שאמר כעין תרשיש *Chaſmal eſt puriſſimum in igne, quod oculus intueri non poteſt propter ſubtilitatem ejus. Fortè eſt gemma, nam dicitur* v. 4. *ſicut color Chaſmal &* v. 16. *repetitur ſicut color Tarſis.* Veroſimile eſt lapidis quamdam ſpeciem ſignificari, cui aliquis color aureus ineſt, qui proximè ad colorem ignis accedit, huc fortè intendit LXX. Interp. Verſio, quæ ἤλεκτρον

Electrum,

Electrum, quod limpidum eſt, & in ſe lucem quandam habet, unde ſpecies quædam à colore aureo Chryſolectrum quandoque dicitur. Quicquid ſit, debet aliquid intelligi, quod colorem igneum, qualem aurum in ſe habet, referat, nam Ezech. 1: 27. conjungitur ſicut color Chaſmal & ſicut aſpectus ignis intimi circumquaque: ſic cap. VIII: 2. כמראה זהר כעין החשמלה *quaſi ſpecies ſolis rutili* (ita rutilare de auro dicitur) *ſimilis colori vividiſſimo*: id eſt, Chaſmal. Jun. & Tremell.

החיות רצוא ושוב כמראה הבזק מאי רצוא ושוב אמר רב יהודה כאור היוצא מפי הכבשן מאי כמראה הבזק אמר רב יוסי בר חנינא כאור היוצא מבין החרסים וארא והוא רוח סערה באה מן הצפון ענן גדול ואש מתלקחת ונוגה לו סביב ומתוכה כעין החשמל מתוך האש להיכן אזל אמר רב יהודה אמר רב שהלך לכבוש את כל העולם כולו תחת נבוכדנצר

(1) *Animantia excurrebant, & revertebantur in ſpeciem fulguris* Ezech. 1: 14. Quid ſibi vult, *excurrebant, & revertebantur*? R. Dixit R. Jehuda, eſt inſtar lucis, quæ ex orificio fornacis prodit. Et quid eſt, (2) *ſicut ſpecies fulguris*? Reſpondit R. Joſe fil. Chaninæ, (3) eſt ſicut lux, quæ è medio teſtarum exit. *Et vidi, & ecce ventus turbineus venit ab Aquilone, nubes magna, & ignis ſeſe accendens, & ſplendor ejus circumquaque, è cujus medio emicabat ſicut color Chaſmal è medio illius ignis.* v. 4. Quò abiit (ventus turbineus?) Dixit R. Jehuda nomine Raf, quòd abiverit, ut univerſum mundum Nebucadnezaris impii

H pote-

הרשע וכל כך למה שלא יאמרו אומות העולם ביד אומה שפלה מסר הק״בה את בניו אמר הק״בה מי גרם שאהיה שמש לעובדי פסילים עונותיהן של ישראל הן גרמו לי וארא החיות והנה אופן אחד בארץ אצל החיות א״ר אלעזר מלאך אחד יש הוא עומד בארץ וראשו מגיע אצל החיות במתניתא תנא סנדלפון שמו הגבוה מחברו מהלך חמש מאות שנה ועומד אחורי המרכבה וקושר כתרים לקונו אינו והכתיב ברוך כבוד ה׳ ממקומו מכלל דמקימו ליכא דידע ליה דאמר שם אתגא ואזל ויתיב ברושו׳.

poteſtati ſubjiceret, tantò magis hoc factum eſt, (4) ne nationes mundi dicant, Deus Omnipotens filios ſuos poteſtati nationis abjectæ tradidit. Rogavit Deus, quis mihi cauſa exſtitit, ut illis ſerviam, qui Idolorum ſervi ſunt? R. Peccata Iſraelis in cauſa exſtiterunt. *Et vidi animalia, & ecce rotam unam in terra ſecundum illa animalia* v. 14. Dixit R. Eleaſar: (Rota hæc) eſt angelus qui in terra ſtabat, & caput illius attingebat ad animalia. Traditur. (5) Sandalphon eſt nomen illius, qui elatus præ ſociis ſuis per ſpatium quingentorum annorum, ſtat poſt quadrigam, ligatque coronas poſſeſſori ſuo. An ita ſe res habet, cùm tamen ſcriptum eſt Ezech. III: 12. *Benedicta ſit gloria Adonai è loco ipſius*, Ex generali hoc concluditur quod locus Creatoris incognitus ſit (quare igitur dictum ſupra eſt, quod Sandalphon poſt quadrigam ſtet, coronaſque liget, ergo illi locus cognitus erit.) R. (Angelus tantùm) memorat nomen Dei ſuper coronam, (quam confecit) & tunc Corona ſola abiit, atque capiti illius inſedit.

AN-

ANNOTATIONES.

(1) Animalibus his adſcribitur excurrere & reverti. Excurrere Raſchi explicat מוציאות ראשן מתחת הרקיע הנטוי למעלה מראשיהן, *animalia capita ſua infra id cœlum extendunt, quod ſupra illa expanſum eſt.* Reverti vero dicuntur, quando capita motu velociſſimo in priſtinum locum reducunt ממורא השכינה *ob reverentiam numinis*, planè prout flamma ignis, quæ modò orificium fornacis egreditur, modò ingreditur. Abarbanel refert ad Angelos, qui celerrimè juſſus Dei exequuntur, rurſumque revertuntur, ut mandata excipere poſſint. *Animalia, hoc eſt, Angeli Spirituales functiones ſuas obeunt abſque (multo) tempore, ac ſi rapidiſſimè currerent, ita quoque ſine mora revertuntur, veluti ſervi, qui ſe ad Dominos ſuos conferunt, ut audiant, quid præcepturus ſit.*

(2) בזק. Variant Judæi quoad ſignificatum. Aben-Eſra exprimit per ברק *fulgur.* Chald. ברקא idem Abarbanel: ברק שהוא האור הנראה בקרב החשך ומיד יעלם *(boſok) eſt lux, quæ in tenebris conſpicitur, ſed citò evaneſcit.* In Verſ. Germ. Jud. איין ווידרשיין Raſchi in gloſſa. הבזק לשון שברי. Vox הבזק *habet ſignificatum fragmentorum* ignis ſcil. qualia colliſione duorum lapidum conſpiciuntur. Thalmudicis hic ipſe ſignificatus non inuſitatus eſt, unde verbum בזק *ſpargere fruſta*, partes minutas. In erubhin בוזקין *ſpargunt ſalem ſuper clivum, ne ſacerdotes vacillent.*

(3) Coruſcutio hæc ſeu fulgur dicitur eſſe lux, quæ è medio teſtarum emicat. Concipiunt Thalmudici teſtam quandam perforatam, qua aurifabri in auro liquando uti ſolent, hæc enim prunis impoſita flammas diverſorum colorum per foramina emittit, mox tamen colligit, ſicut fulgur & diverſicolor eſt, & cum oculos hominum ferit, ſtatim conditur.

(4) Judæi exiſtimant, Deum, ut gloriæ ſuæ & populi ſimul conſuleret, prius totum mundum Nebucadnezari ſubjeciſſe, ne aliæ Gentes anſam ſumerent Deum blaſphemandi, &

H 2 Iſrae-

Iſraelem irridendi, qui ſolus, cœteris nationibus in ſumma libertate viventibus, ſubjugatus ſit, qui non tantùm præſidii à Deo ſuo exſpectare poſſit, ut ſalvus ſit. Hinc, notantibus Authoribus Toſaphot, in Cod. Gittin fol. 96. כל המיצר לישראל נעשה ראש כלומר כבר נעשה ראש קודם שמצר להם *Quicunque Iſraelem hoſtiliter premit, ille caput ſeu Dominus primarius factus eſt, q. d. jam talis factus eſt, antequam Iſraelem preſſit.*

(5) Obſervandum eſt, uti particula demonſtrativa הנה v. 15: c. 1. exigit, unam rotam in terra nominari, quæ à rotis in verſu ſeq. diſtincta eſſe videtur. R. Eleaſar ſingulare quid in hac rota notat, dum illam Angelum eſſe dicit, qui in terra ſtet. Certè ea, quæ ex traditione Veterum huic Angelo adſcribuntur, illum ex communi Angelorum numero eximunt, dicitur primò *elatus præ ſociis per ſpatium quingentorum annorum*, id eſt multò major & glorioſior omnibus cœteris Angelis, hyperbolen enim ineſſe his verbis nemo negabit, qui vel primis labris deguſtavit modum loquendi Judæis uſitatiſſimum. Secundo dicitur *ſtare poſt quadrigam*, ſeu ſolium illud ab Ezechiele viſum, quum tamen cœtera animalia, per quæ plerique Judæi & Chriſtiani Angelos intelligunt, infra ſtabant, ceu à quibus ſolium ferebatur ita v. 26. Ezech. 1. *Supernè autem ad expanſum illud, quod erat ſupra caput illorum, quaſi ſpecie lapidis Sapphiri ſimilitudo ſolii erat?* Tertiò dicitur *ligare Coronas poſſeſſori ſuo*: nolo nunc ea in ſubſidium vocare, quæ Cabbaliſtæ de Coronis memorant, ne explicationem meam vi attrahere videar, ſimpliciter tantùm Auctores Toſaphot Phraſin explicantes in medium producam, וקושר כתרים לקונו מתפלתן של צדיקים הוא עושה עטרות *& ligat coronas poſſeſſori ſuo, ex precibus juſtorum has Coronas conficit.* Quartò conſideranda nominis Sandalphon Etymologia, hoc, ut plura alia, ſicuti neminem latet, nomen peregrinum eſt: Guido, notante Buxtorfio, deducit ex Græco σύναδελφος, *confrater*, ſi quis hæc non obiter contemplatur ſed penitiùs inſpicit, reperiet notabilem antiquæ fidei Judaicæ de Angelo Fœderis deſcriptionem; Quoad nomen, nonne Chriſtus frater noſter audit? Ille, ut Paulus

Rom.

Rom. 8: 29. eſt πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς *primogenitus inter multos fratres.* Et quod ſortiùs ſtringit, non tantùm in Novo Teſtamento, ſed in Veteri quoque vocatur frater noſter, uti Paulus Hebr. II: 12. ex Pſalmis probat. Ita quando Deus populo ſuo Chriſtum tanquam Prophetam promittit, dicit, *Ego Prophetam vobis* מקרב אחיהם *è medio fratrum veſtrorum excitabo* Deut. XVIII: 18. Dicitur *ligare coronas poſſeſſori ſuo*, id eſt offerre Deo preces juſtorum. Chriſto ipſum hoc oblationis precum Juſtorum officium tribuitur Apoc. VIII: 3, 4. *Angelus ſtetit apud aram habens thuribulum aureum & dati ſunt ei ſuffitus multi, ut offerret* ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων *cum precibus. Sanctorum omnium*, & ſtatim addit *aſcendit fumus ſuffituum* ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου ἐνώπιον τοῦ θεοῦ *cum precibus Sanctorum ex manu Angeli ad conſpectum Dei.* Conf. Hebr. VII: 25. ubi Chriſtus dicitur ſemper vivere εἰς τὸ ἐντυγχάνειν, *ut intercedat pro iis, qui per ipſum ad Deum accedunt.* cap. IX: 24. Sandalphon hic Deum cognoſcit קונו *poſſeſſorem ſuum*, dicitur enim ligare Coronas poſſeſſori ſuo לקונו Quid convenientius cum verbis ſapientiæ, quæ juxta Chriſtianorum, & Judæorum quorumdam ſententias, Meſſias eſt, dum dicit Prov. VIII: 22. יהוה קנני *Adonai poſſedit me.* Quod attinet ad dignitatem Angeli hujus præ cœteris id apprimè ad Chriſtum quadrat, qui κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, *præſtantior Angelis factus eſt.* Hebr. I: 4. Pſ. VIII: 6.

אמ״ר רבא כל שראה יחזקאל ראה ישעיה למה יחזקאל דומה לבן כפר שראה את המלך ולמה ישעיה דומה לבן כרך שראה אל המלך אמר ריש

(1) Dixit Raba, omne id, quod Ezechiel vidit, ipſe Jeſajas quoque vidit. (Quæ cauſa eſſe poteſt, quod viſionem Ezechiel tam accuratè deſcripſerit?) (2) Quia ſimilis eſt filio in pago educato, qui Regem vidit. Quare (è contrario) Jeſajas viſionis

לקיש מאי דכתיב אשירה
לה' כי גאה גאה שירו למי
שמתגאה על הגאים
דאמר מר מלך שבחיות
ארי מלך שבבהמות שור
מלך שבעופות נשר ואדם
מתגאה עליהן והקב"ה
מתגאה על כולן ועל כל
העולם כולו כתוב אחד
אומר ודמות פניהם פני
אדם ופני אריה על הימין
לארבעתם ופני שור
מהשמאל לארבעתן וגומר
וכתיב וארבעה פנים
לאחד פני האחד פני
הכרוב ופני השני פני
אדם והשלישי פני אריה
והרביעי פני נשר ואלו
שור לא קא חשיב אמר
ר"ל יחזקאל ביקש עליו

ſionis paucis meminit? Quia ſimilis eſt filio in urbe educato, qui Regem vidit. Dixit Riſch Lakiſch. Quid ſcriptum eſt, *Cantabo Adonai, qui excelluit, excelluit*, q. d. canite illi, qui ſuper excelſos exaltatus eſt, nam dixit Mar, Rex inter feras Leo eſt, inter animalia manſueta bos, inter aves aquila, homo ſuper hæc omnia elatus eſt, (3) ſed Deus O. M. omnibus, imò toto mundo excelſior eſt. (4) (Quomodo hæc loca concordant?) Ezech. 1: v. 10. exſtat. *Et ſimilitudo faciei ipſorum, faciei humanæ fuit, ſed facies leonis ad dexteram ipſis quatuor, & facies bovis à ſiniſtra ipſis quatuor, itemque facies aquilæ ipſis quatuor erat*. Sed Ezech. x: 14. legitur. *Quatuor verò facies erant animali unicuique, facies unius, facies erat Cerubi, facies autem alterius facies hominis, & tertii facies leonis, & quarti facies aquilæ.* In hoc loco bovem non recenſet. Dixit Riſch Lakiſch, Ezechiel Deum rogavit

רחמים והפכו לכרוב אמר
לפניו רבונו של עולם
קטיגור יעשה סניגור מאי
כרוב אמר רבי אבהו כרביא
כן בבבל לינוקא רביא
אמר ליה רב פפא לאביי
אלא מעתה דכתיב פני
האחד פני הכרוב ופני
השני פני אדם והשלישי
פני אריה והרביעי פני
נשר היינו פני הכרוב היינו
פני אדם אפי רברבי ואפי
זוטרי:

gavit ob bovem. Ideo loco illius ſubſtituit Cerub. Ita enim Ezechiel ad Deum dixerat, (5) Domine Deus mundi accuſator fiat procurator? Quid eſt Cerub? Dixit R. Abahu, idem quod Cerabhiah, *ſicut puer* nam ita in Babylonia puerum vocant *Rabhiah.* Dixit R. Papa ad R. Abai Verùm nunc, quid illud dictum vult, *facies unius, facies erat Cerubi, facies autem alterius facies hominis, & tertii facies leonis, & quarti facies aquilæ,* (7) nonne facies Cerub, & facies homines ſunt una eademque facies? R. Sunt facies hominis natu majoris, &, minoris.

ANNOTATIONES.

(1) Eandem viſionem & Jeſajæ, & Ezechieli exhibitam fuiſſe Gemara exiſtimat, ſed quum Ezechieli res planè nova videbatur, in illa recenſenda prolixior erat. Sic More Nevochim l. III. c. 6. *Scito præclaram iſtum revelationem, quam Ezechiel docere nos incepit per enarrationem Mercava, ad quam docendam inſtinctu ſingulari Prophetico impulſus fuit, rem eandem eſſe cum ea, quam in genere nos docet Propheta Jeſajas.* Utraque etiam viſio ſub nomine Operis Currûs venit. Bartenora in Comment. ad

ad hanc Miſn. מעשה מרכבה שראה יחזקאל ושראה ישעיה *Opus Currûs eſt, quod vidit Ezechiel, & quod vidit Jeſajas.*

(2) Ezechiel viſionem prolixè recenſuit, & omnia, quæ illic notanda erant, in ſcriptis ſuis reliquit, idque quatuor diſtinctis vicibus ab illo factum, veluti cap. I. VIII. X. & XLIII 3. Sed Jeſajas in uno nonniſi loco, & quidem paucis verbis viſionem memorat c. VI. Hinc illum ob prolixitatem ſuam filio in agro degenti, hunc verò ob parcitatem ſermonis filio in urbe educato comparant; Quænam hujus comparationis ratio eſſe poteſt? Juxta Authores Toſaphot filius in pago ſeu villa educatus צריך לו להביא סימנים לאחרים קודם שיאמינוהו לפי שראוהו שלא במקומו ואין דרכו להתראות שם והכי נמי אמר יחזקאל שראהו על נהר כבר לפיכך נתמהו שומעיו *tenetur aliis ſigna monſtrare, antequam verbis ejus fidem adhibeant, quippe Regem non vidit in loco ordinario, nec illic ſe conſpiciendum præbet: Sic quoque Ezechiel dixit, quod illum ad fluvium Cebar viderit, propterea illi conſternabantur, quibus viſionem hanc referebat.* Volunt enim Judæi Symbola præſentiæ Divinæ nullibi oſtendi, quàm in terra Canaan, & in ſpecie in Templo, ubi illum Jeſajas vidit, ſed quum in terra Chaldæorum Deum ſe vidiſſe Ezechiel teſtabatur, mirum id, atque inſolitum videbatur: Præterea exiſtimant Spiritum Prophetiæ ſuper neminem quieſcere, qui extra fines terræ Canaan conſtitutus ſit לא היה שתחול בה הנבואה *non convenit, ut in illa (terra* Chaldæorum*) Prophetia requieſceret* Abarb. in Comment. ad Ezech. cap. I. Jeſajas verò, qui ipſe in terra Canaan, & Deum in loco, quem ſibi elegit, vidit, nullis probationibus indiguit. Nonnihil variat More Nevoch. l. III. c. 6. *Illi, qui Jeſajæ ſæculo vixerunt, non opus habuerunt, ut ſpecialia illa eis explicentur, ſed ſuffecit ipſis quòd dixit, & vidi Dominum &c. Viri autem captivitatis, opus habuerunt ſpecialibus illis. Fieri tamen quoque poteſt, qui illud ex Thalmude citatum dixit, arbitratus fuerit, Jeſajam magis fuiſſe perfectum.*

(3) Deus ſuper animalia hæc exaltatus eſt, dum ſolio illi inſidet, quod ab animalibus ſuſtinetur.

(4) Dif-

(4) Differentia horum locorum hæc eſt, quòd c. I. pro facie bovis, c. X. facies Cerub ſubſtituatur. Affinitas quædam eſt inter hæc animalia, & illa, quæ Johannes circa thronum Dei vidit c. IV: 7. *Animal autem primum erat ſimile Leoni, & ſecundum animal ſimile vitulo* (correſpondet שור vel כרוב apud Ezechielem) *& tertium animal habens faciem velut homo, & quartum animal ſimile aquilæ volanti.*

(5) קטיגור יעשה סניגור *accuſator fiat procurator.* Votum Ezechielis juxta Judæos tale fuit, ut à Deo petierit ſubſtitutionem alius animalis pro bove, bos enim ſignum erat exprobrationis μοσχολατρείας ab Iſraelitis commiſſæ. Ad hunc ſenſum reſpicere videtur Raſchi in gloſſa: אנו צריכין שיבקש מרכבותיך עלינו רחמים והשור קטיגור הוא *Nobis neceſſarium eſt, ut currus tuus miſericordiam pro nobis impetret, ſed bos accuſator noſter eſt.* Utraque vox Origine Græca eſt, קטיגור κατήγορος, accuſator: In hoc ſenſu occurrit quoque in Novo Teſtamento, Joh. VIII: 10. Sic סניגור eſt Græca vox συνήγορος Procurator, cauſam alicujus agens. Malè hæ voces a quibuſdam confunduntur, cùm tolo cœlo ab invicem diſtent, hinc Thalmudici dicunt אין קטיגור יעשה סניגור *accuſator non fit procurator.* Notandum inſuper eſt, allocutionem Ezechielis, quam hic Judæi fingunt, aliqualem convenientiam habere cum illa Chriſti Math. XI: 25. κύριε τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς רבון של עולם, *Domine mundi.*

(6) Per כרוב Gemara intelligit puerum, juvenem uſque ad decimum tertium annum. Ratio hujus ſignificatûs è lingua Chaldaica petitur, in qua רביא *puer creſcens*, cui כ particula ſimilitudinis præponitur. Raſchi explicat per תינוק. Verùm ſignificatus hic ſolùm ad putidum Magiſtrorum commentum fulciendum excogitatus eſt, quatenus dicunt Deum ob cauſam ſupra memoratam faciem bovis convertiſſe in faciem pueri. Nos exiſtimamus recenſionem animalium c. I. & X. unam eandemque eſſe, in hoc tantùm variare, quod Propheta pro פני שור *facie bovis* cap. I. פני הכרוב c. 10. *faciem Cerub* poſuerit, quæ tamen eundem bovis ſignificatum habet, unde apud Syros ܟܪܒ & Chaldæos כרב *arare* notat, ad arandum enim jam antiquitus

 boves

boves deſtinati ſunt. Amos c. VI: 12. אם יחרוש בבקרים *an quis arabit bobus* (in petra?) Ita Taurus vocatur ἀρωτὴρ, *arator*. Nimis quoque coacta nominis כרוב ex כ nota ſimilitudinis & רביא *puer*, derivatio eſt, qualia exempla in Lingua Hebraica vix proſtant. Accedit, quod juxta Gemaram inſignis hæc viſio quatuor diſtinctorum animalium non parum labefactaretur, ita enim non tam quatuor, quàm tria animalia ab Ezechiele conſpecta fuerunt, quia *ſub facie hominis*, *facies pueri minorennis* quoque continetur.

(7) אפי רברבי אפי זוטרי Gloſſa Raſchi, האחר פני גדול והאחר פני קטן *Una facies eſt majoris, & altera minoris.*

כתוב אחד אומר שש כנפים שש כנפים לאחד וכתוב אחד אומר וארבעה פנים לאחת וארבע כנפים לאחת להם לא קשיא כאן בזמן שבית המקדש קיים כאן בזמן שאין בית המקדש קיים כביכול שנתמעטו כנפי החיות הימיניהו אימעוט אמר רב חננאל אמר רב אותן שאומרת שירה בהן כתיב הכי ובשתים יעופף וקרא

(Hæc duo loca ſibi invicem contraria ſunt,) in uno (1) ſex alæ nominantur Jeſ. VI: 2. *Sex alæ unicuique*, at in altero tantum quatuor, Ezech. 1: 6. *& quaterni vultus unicuique, quaternæque alæ unicuique illorum.* Nulla eſt contrarietas, nam (2) Jeſ. VI. agitur de tempore, quo adhuc domus Sanctuarii ſtabat, apud Ezechielem verò de tempore, quo illud jam dirutum erat, (3) ſi fas eſt dicere, tunc (duæ) alæ imminutæ fuerunt. Quænam alæ imminutæ fuerunt? Reſp. Dixit R. Chananeel nomine Raf. illæ, quibus canticum dicere ſolebant, ſic enim

זה אל זה ואמר וכתיב
התעיף עיניך בו ואיננו
ורבנן אמרי אותן שמכסות
בהן רגליהם נאמר
ורגליהם רגל ישרה ואי
לאו דאימעוט מנא הוה
ידע דילמא דאיגלאי חזיא
ליה דאי לא תימא הכי
ודמות פניהם פני אדם
הכי נמי דאימעוט אלא
דגלאי וחזיא ליה הכי נמי
דאיגלאי וחזיא ליה הכי
השתא בשלמא אפיה
אורח ארעא לגלויי קמי
רביה כרעיה לאו אורח
ארעא לגלויי קמי רביה׃

enim ſcriptum eſt Jeſ. VI: 2, 3. (4) *binis volabat, & clamans alter ad alterum dicebat.* Et legitur Prov. XXIII. 5. *involare facies oculos tuos, & non amplius ſunt.* Sed Rabbini dixerunt, iſtæ alæ imminutæ fuerunt, quibus (5) pedes tegebant, nam dicitur Ezech. I: 7. (6) *& pedes illorum pes rectus.* Nam ſi hæ alæ non imminutæ fuiſſent, quomodo potuiſſet cognoſci, (an pes rectus ſit nec ne) vel fortè hæc ratio dicenda eſt, pedem fuiſſe conſpectum quia retegebatur, quod ſi non, (hanc ratiodem dicere poſſum, quod pedes retexerint) tum dices, etiam ſcriptum eſt V: 10. *& ſimilitudo faciei ipſorum, faciei humanæ fuit.* Sic quoque (de alis faciei dicendum eſt,) quòd imminutæ fuerint (quia vidit ſimilitudinem faciei,) ſed fortè facies retecta fuit, & tunc viſa, ſic quoque de pede dici poteſt, illum fuiſſe retectum, & tunc viſum. Verum ſic non rectè dico, nam more humano receptum eſt, coram Domino ſuo retegere facies, nec tamen mos obtinet, crura ſua coram Domino retegere.

ANNOTATIONES.

(1) Animalia ab Ezechiele viſa quatuor tantùm habebant alas, ſed Seraphini Jeſajæ ſex alis inſtructi erant, ut & Johannis cap. IV: 8. Hujus conciliationis modos quoſdam inquiremus. Gemara putat tempora diſtinguenda eſſe, ante & poſt deſtructionem templi, ante deſtructionem animalia ſex alas habuiſſe & juxta Rabbinos eas etiam alas, quæ loco tegumenti pedum erant, nam cum populus gratiâ Divinâ nondum exciderit, noluit Deus, ut pedes, qui ad formam vitulinam proximè accedunt, retegantur, & ita Idololatria in deſerto commiſſa exprobretur; Abarbanel allegoricam Rabbinorum explicationem citat in Comment. ad Jeſ. c. VI. היו מכסים רגליהם להיותם ככף רגל עגל כדי שלא יזכר עון העגל עשו ישראל כאלו אמרו שבזמן שהיה בית המקדש קיים מסתירים רגליהם כדי שלא יזכר עון העגל שעשו ישראל אמנם בזמן שאין בית המקדש קיים נתמעט אותה ההסתר ונשארו ישראל מגולים *Tegebant pedes ſuos, qui inſtar plantæ pedis vitulini erant, ne peccatum in cultu vituli ab Iſraele commiſſum in memoriam revocetur, quaſi dictum eſſet, eo tempore, quo domus Sanctuarii ſtabat, Cherubini pedes ſuos abſcondiderunt, ne peccatum vituli memoretur; Verùm eo tempore, quo templum jam dirutum erat, illæ alæ, quibus pedes tegebant, imminutæ fuerunt, & ita Iſrael retectus relictus eſt.* Sic reſpondere Thalmudici coguntur, quia exiſtimant Seraphinos Jeſajæ, & animalia Ezechielis non differre אחד הנושא לשתי ההשגה *eſſe unum ſubjectum ſub duabus apprehenſionibus.* Alii, inter quos Rambam, duo diſtincta ſubjecta eſſe dicunt, quorum unum ſub nomine שרפים *Seraphim,* alterum ſub nomine חיות *animalium* venit, per illos intelligi השכלים הנבדלים *intellectus abſtractos,* per hos הגלגלים *rotas,* &, ſic quum duo diſtincta ſubjecta ſunt, nihil refert, an ſex, vel quatuor alæ attribuantur. Tertius denique modus conciliandi ex diverſa animalium ſtatione deſumtus eſt, Authorem habet Celeberrimum Virum D. Hermannum

num Witſium, Diſſertationis hujus Præſidem ſumma animi obſervantia colendum in Ægypt. l: 2. c. III: th. XXV. Verba Viri Clariſſimi hæc ſunt: *Ratio autem diverſitatis in alarum numero ex loco petenda videtur, ubi conſpecta ſunt animalia. Nimirum Johannes & Jeſajas ea videbant, ut cingentia thronum gloriæ, conſequentur alis ad obnubendam faciem ſuam indigentia, non ita tamen obnubendam, ut nunquam nullove modo conſpici potuerit: Ezechiel vero ſua cernebat ſub expanſo infra thronum, ubi non is alarum uſus* Ezech. 1: 22, 23, 26.

(2) Eſajæ viſio obtigit ſtante adhuc Templo in flore ſuo, ſed illo tempore, quo Ezechiel vaticinabatur, Templum ruinam minabatur, imò etiam ruinam patiebatur, qua occaſione Deus in majorem Judæorum pœnam animalibus duas alas ademit: loquor ſecundum Hypotheſin Gemaræ.

(3) כביכול Quæ vis hujus vocis ſit, inſpice Lex: Thalmudicum Buxt. p. 1005. ſub rad. כבי.

(4) R. Chananeel exiſtimat illas alas ademtas fuiſſe, quibus canticum dicebant. Probat ex loco Jeſ. VI: 2, 3. coll. Proverb. XXIII: 5. Certè vis argumentationis non admodùm clara eſt, cùm nulla inter utrumque textum cognatio ſit, niſi quoad verbum עוף, quod tamen in duobus his locis diverſimodè ſumitur. Abarbanel in Com. ad Jeſ. VI. hanc rationem dat, מפאת הלשן עשה האסמכתא הזאת נאמר כאן עופפות ונאמר שם עופפות וסמך איננו מורה שהם נתמעטו *reſpectu vocis Gemara facit hanc probabilem rationem, loquitur Jeſ. 6. de volatu, & loquitur Prov.* XXIII: 5. *de volatu, & hic ſubjungit non amplius ſunt, docemur igitur, quod (hæ alæ, quibus volabant,) imminutæ fuerint.* Dixit R. Chananeel alas eſſe, quibus canticum dicant, ſtrepitu ſcil. alarum voces formant juxta Magiſtri ſententiam, idem ſenſus è gloſſa Raſchi patet, quando *canticum dicere* explicat, שמקשקשות בקול כנפיהם *quod tinnitum ſtrepitu alarum edant.*

(5) Quum Jeſ. VI: 2. dicitur Seraphim duas habere alas, quibus pedes tegunt. At Ezech. 1: 7. animalium pes quilibet rectus dicitur, Rabbini concludunt pedes Ezechielis tempore non ultra tectos fuiſſe, aliter non potuiſſe quicquam de recti-

tudine dici, & per conſequens illæ imminutæ ſunt, quæ tegendis pedibus inſerviebant.

(6) Maimon in More Nevochim cap. II. l. III. per pedem rectum ſecundum literam intelligit, qui nullas juncturas vel articulos habet. Notatu digna ſunt Abarb. verba, quibus myſticum ſenſum exprimit רגל ישרה ר"ל שהיו השכלים ההם הולכים בשליחות האל ובמצותו כי הרגל הוא כלי ההליכה ואמר שהיו דגליהם רגל ישרה להגיד שבצדק ובמשפט ובמשרים רגליהם תמיד ירוצו ולא יעותו את דרכם ממצות אלהיהם *dicitur pes rectus, quaſi diceret, Spiritus hi intellectuales ambulant in legatione Dei, & præceptis illius, nam pes eſt inſtrumentum inceſſûs, & quando dicitur, quod pedes illorum pes rectus ſit, indicatur, quòd in juſtitia, & judicio, & rectitudinibus pedes illorum jugiter currant, neque viam præceptorum Dei pervertant.*

כתוב אחד אומר אלף אלפין ישמשוניה ורבו ריבון קדמוהי יקומון וכתוב אחד אומר היש מספר לגדודיו לא קשיא כאן בזמן שבית המקדש קיים כאן בזמן שאין בית המקדש קיים כביכול שנתמעטה פמליא של מעלה תניא ר' אומר משום אבא יוסי בן דוסאי אלף אלפין ישמשוניה מספר גדוד אחד ולגדודיו אין

(Hæc loca ſibi invicem contraria ſunt.) (1) Nam Dan. VII: 10. (de numero Angelorum dicitur,) quod *millies mille* Deo *miniſtrent*, & *coram illo myrias, myriadum ſtent* ſed Job. XXV: 3. quæritur, *an ſit numerus turmariis ejus.* R. Nulla eſt contrarietas, hic ſermo eſt de eo tempore, quo Sanctuarium ſtabat, ſed illic, de eo tempore, quo Sanctuarium jam dirutum erat, ſi fas eſt dicere, tunc familia ſeu excercitus cœleſtis imminutus erat. Traditio eſt: Raf dixit propter Aba Joſe fil. Duſæi,

מספר ורבי ירמיה בר אבא אמר אלף אלפין ישמשוניה לנהר דינר שנאמר נהר דינור נגיד ונפיק מן קדמוהי אלף אלפין ישמשוניה ורבו ורבן קדמוהי יקומון מהיכן נפיק מזיעתן של חיות ולהיכן שפיך אמר רב זוטרא בר טוביה אמר רב על ראש רשעים בגיהנם שנאמר הנה סערה ה׳ חמה יצאה וסער מתחולל על ראש רשעים יחול ורב אחא בר יעקב אמר על אשר קומטו שנאמר אשר קומטו ולא עת נהר יוצק יסודם תניא אמר ר׳ שמעון החסיד אלו תשע מאות ושבעים וארבע דורות שקומטו להיבראות קודם שנברא העולם ולא נבראו עמד הק״בה ושתלן בכל דור ודור והן הן עזי

ſæi, quando dicitur *millies mille Deo miniſtrant*, eſt numerus unius tantùm turmæ, ſed *turmarum illius nullus numerus eſt*. R. Jeremia fil. Aba dixit, millies mille Deo miniſtrant ad fluvium Dinar ſeu ignis, quia in illo loco dicitur, *fluvius Dinar ſeu ignis manans & prodiens à conſpectu illius, cui millies mille miniſtrabant, & coram quo myrias myriadum ſtabant*. Unde (fluvius) prodit? Reſp. (2) ex ſudore animantium. Quo ſe effundit? Dixit R. Sutra fil. Tobiæ, quod Raf dixerit in caput improborum in (3) Gehenna, *ecce turbo Adonai, excandeſcentia prodibit, & turbo irruet ſuper caput improborum, & permanebit* Jer. XXIII: 19. Et R. Acha fil. Jacob dixit, (fluvius ſe effundit) ſuper illos, qui (4) decurtabantur, quemadmodum Job XXII: 16. *qui ſucciſi ſunt, quum nondum eſſet tempus, fluvio effuſo in fundamento eorum*. Traditio eſt: Dixit R. Simeon Choſid. hi (5) ſunt

פנים שבדור ורב נחמן בר
יצחק אמר אשר קומטו
לברכה הוא דכתיב אלו
תלמידי חכמים שמקמטין
עצמן על דברי תורה בעולם
הזה הק״בה מגלה להם
סוד לעולם הבא שנאמר
נהר יוצק יסודם א״ל שמואל
לחייא בר רב בר אריא
תא אימא לך מילתא מהני
מילי מעלייתא דהוה אמר
אבוך כל יומא ויומא
נבראין מלאכי השרת מנהר
דינור ואמרי שירה ובטלי
שנ׳ חדשים לבקרים רבה
אמונתך ופליגא דר׳
שמואל בר נחמני דאמר ר׳
שמואל בר נחמני א״ר
יונתן כל דיבור ודיבור
שיוצא מפי הק״בה נברא
ממנו מלאך אחד שנ׳ בדבר
ה׳ שמים נעשו וברוח פיו
כל צבאם:

(5) ſunt noningenta ſeptuaginta quatuor iſta ſecula, quæ, quominus crearentur, ſucciſa fuerunt ante mundi creationem, & non creata ſunt, ſurexit tamen Deus O. M. atque in ſingula ſua ſecula quoſdam (6) diſtribuit, & hi ſunt illi duræ faciei in mundo R. Nachman fil. Iſaac dixit, illis benedictio obtinget, qui decurtati ſunt, nam ſcriptum eſt, hi ſunt diſcipuli ſapientum, qui ſeipſos ob ſtudium Legis in hac vita decurtant, his Deus O. M. in altera vita revelabit Myſterium, quia dicitur, (7) *fluvius effuſus in fundamento eorum.* Dixit Schemuel Chiæ fil. Raf. fil. Ariah, Veni, docebo te dogma omnium præſtantiſſimum, quod Parens tuus dixerat. Singulis diebus πνεύματα λειτουργικὰ è fluvio Dinar creantur, quæ, quum canticum cecinerunt, (8) rurſum intercidunt, uti ſcriptum eſt Thren. III: 23. *nova ſunt ſingulis matutinis, ampla fides tua.* (Et Parens tuus) diſſidet à R. Schemuel fil. Nachman, nam dixit R. Schemuel fil. Nachman nomine Jonathan, ex quolibet verbo, quod ex ore Dei O. M. exit, Angelus creatur, ſicuti Pſ. XXXIII: 6. *Verbo Adonai cœli facti ſunt, & Spiritu oris ejus totus exercitus eorum.* AN-

ANNOTATIONES.

(1) Trifariam ad hanc ἐναντιοφανείαν Dan. VII: 10. & Job XXV: 3. in Gemara reſpondetur. Ante deſtructionem Templi nullum turmarum Dei numerum iniri quidem potuiſſe, attamen Danielis tempore, quo jam deſtructum erat, פמליא *familiam* (eſt ipſa Latina vox) cœleſtem ad memoratum numerum redactam fuiſſe, ſed quàm abſurda hæc conciliatio ſit, ille optimè novit, cui natura Angelorum nota, qui eundem ſemper illorum numerum eſſe ſcit, utpote Angeli tanquam Spiritus Materiæ expertes, nec generant, nec, cùm ſemel per voluntatem Dei extiterunt, denuò exiſtere deſinunt Luc. XX: 36. Majoris acuminis alter conciliandi modus eſt, ſecundum quem numerus à Daniele expreſſus non omnes Angelorum turmas continet, nam hæ numerari non poſſunt, ſed unam nonniſi turmam, אלף אלפין הוא מספר של גדוד וגדוד אבל אין מספר כמה גדודין יש *millies mille eſt numerus unius tantùm turmæ, ſed nullus numerus eſt, quot turmæ ſint*, gloſſa Raſchi. Tertiò: non dicitur, quòd præter hos Angelos alibi nulli exiſtant, ſed hi ſoli juxta fluvium Ignis ad Deo ſerviendum apparuerunt.

(2) Gemara ſcaturiginem ignei hujus fluvii ſudorem animantium eſſe dicit, qui ortum cœteris Angelis, gradu minoribus, influxum ab illis accipientibus dat, ſic Authores Toſaphot יוצאין ממנו מלאכים ואמרי שירה ומיד נטרדין *proveniunt hinc Angeli, qui canticum dicunt, & ſtatim depelluntur.*

(3) Vocem Thalmudicam גיהנם Mathæus cap. V: 22. tanquam uſu receptam adhibuit, εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Ex hac noſtra Gemara patet, quid Judæi per γέενναν intelligant, locum ſcil. improbis & damnatis deſtinatum, ubi turbo excandeſcentiæ Divinæ in caput illorum irruit, fluvius igneus, ſeu aqua, ignis inſtar fervens, illos inundat reſpiciunt ad נהר די נור *fluvium ignis*, cujus Daniel meminit, quatenus à conſpectu Dei, Judicis perſonam ſumentis, fluvius hic in improborum pœnam emanat. גיהנם dicitur aliâs גיא בן הנם *vallis filii Hinnom*, à proprietario ſic

dicta, ſita inter Hieroſolymam & montem Oliveti, in qua primò horrenda iſta Molechi Idololatria patrata, ſed poſtea Pientiſſimi Regis Joſiæ juſſu projectis cadaveribus oppleta fuit, hinc Judæi anſam ſumſerunt ſub fœdiſſimo hoc loco infernum ſeu locum damnatorum proprium innuendi.

(4) Vox קמט denotat abſcindere, decurtare, convenit cum כרת גזר. De vita hominis dicitur, quando illa æquo brevior videtur, & non in tempore ſuo abſciſſa dicitur. Non abſimilis eſt Phraſeologia Math. xxiv: 22. *κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι*, quum propter electos tempora afflictionis abbreviata fuerunt.

(5) Traditio hujus R. Simeon de exciſione 974. ſeculorum, quæ creari debuiſſent, nec tamen creata ſunt, pluribus expendenda eſt, non ea mente, ut illam approbem, ſed tantùm, quid velit, ſignificem. Putabat Rabbinus hic Deum conſtituiſſe legem non priùs dandam eſſe, antequam mille ſecula elapſa fuerunt, juxta dictum Pſalm. cv: 8. דבר צוה לאלף דור *verbum præcepit in mille ſecula*, verbum ſcil. ſolum, nullo cum Legis rigore conjunctum, verbum gratiæ, quod per ſpatium mille ſeculorum permanere debebat, quo abſoluto demum Lex danda erat; ſed quum Deus nequitiam hominum flagitiis coopertorum viderat, totum temporis ſpatium in viginti ſex ſecula contraxit, atque ad compeſcendam illorum malitiam legem cœlitùs demiſit. Raſchi in Gloſſa: כשראה שאין העולם מתקיים בלא תורה עמד נטרדן ונתנה לסוף כ"ו דורות מאדם הראשון עד משה רבינו: *Quum (Deus) viderat mundum abſque Lege non conſiſtere poſſe, ſurrexit, atque depulit (malevolos iſtos homines in Gehennam) qui in ſubſecuturis ſeculis vivere debebant, deditque legem in fine* xxvi. *ſeculorum ab Adamo uſque ad Moſen*, hæc enim ætas mundi erat, quum Lex dabatur, prout quidam ex Judæis exiſtimant in Pſ. cxxvi. celebrationes iſtas perpetuæ Divinæ gratiæ viginti ſex vicibus iteratas reſpicere ad modò memorata ſeculæ, quæ per ſolam Dei gratiam abſque Lege conſiſtebant.

(6) ושתלן Ad verbum *& plantavit illos.* Alia exemplaria olim legerunt וטרדן *& diſpulit illos*, quale exemplar Authores Toſaphot habuiſſe ex gloſſa illorum liquet; ſenſus eſt, Deum malevolos.

levolos hos homines non unâ creaſſe, ſed certum illorum numerum huic ſeculo, & alium numerum alii ſeculo adjudicâſſe, ſi enim omnes unâ crearentur, mundus vaſtaretur. Aliter explicat Raſchi, per ושתלן (niſi quoque legit וטרדן) intelligit ונתנן בגיהנם *& tradidit illos Gehennæ*, quæ explicatio & contra Gemaram, nam ſecundum hanc maleferiati hi hominus in omnes ætates diſperſi ſunt, & contra Dei Juſtitiam, ut Auct. Toſ. obſervant; non enim Deus in illos animadvertit, qui nondum actu peccarunt מה פשעו להיות בגיהנם *quid mali fecerunt, ut in Gehenna ſint?* Plurimi ex Judæis hos homines ob impietatem ſucciſos ad ætatem diluvii referunt, ſic Aben Eſra, Raſchi in Comment. Job c. XXII: 16. Jam ſi confers explicationem Raſchi, quod *animæ illorum in Gehenna incluſæ* cum τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι *ſpiritibus ſeu animabus in carcere.* 1. Pet. 3: 19. nonnihil lucis ad verba Petri invenies.

(7) Alludit R. Nachman fil. Iſaac ad vocem יסודם *fundamentum eorum* quaſi eſſet סודם *Myſterium eorum.*

(8) בטלי *intercidunt.* Cauſam hanc Authores Toſaphot fingunt שיש אות במלאכים שממתינים זה לזה לומר שירה ואלו החדשים שאינם יודעים הדת ממהרין לשורר ונתחייבו כליה *nam Signum inter Angelos eſt, ut unus alterum præſtoletur ad canticum dicendum, jam cùm hi novi, legis ignari, ad canendum feſtinant, conſumtionis rei fiunt.* Tenentur enim Angeli accuratè ordinem ſervare, neque feſtinando cæteros præire כלם כאחד עונים באימה ואומרים ביראה קדוש קדוש קדוש יי צבאות *omnes unâ reſpondent in metu, & dicunt in timore, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum.* Sic Judæi de Angelis in Orat. matutina loquuntur.

כתוב אחד אומר לבושיה
כחלג חיור ושער רישיה
כעמר נקי וכתיב קווצותיו
תלתלים שחורות כעורב
לא קשיא כאן בישיבה

(Hæc loca ſibi invicem contraria ſunt) Dan. VII: 9. *Veſtimentum* (permanentis dierum,) *ut nix, album erat, & pili capitis, ut lana munda*, ut Cant. V: 10. *capilli ejus criſpis diſcriminibus nigri,*

 ut

כאן במלחמה דאמר מר
אין לך נאה בישיבה אלא
זקן ואין לך נאה במלחמה
אלא בחור כתוב אחד אומר
כורסייה שביבין דינור
וכתוב אחד אומר עד די
כרסון רמיו ועתיק יומין
יתיב לא קשיא אחד לו
ואחד לדוד כדתניא אחד לו
ואחד לדוד דברי רבי עקיבא
אמר לו רבי יוסי הגלילי
עקיבא עד מתי אתה עושה
שכינה חול אלא אחד לדין
ואחד לצדקה קיבלה
מיניה או לא קיבלה מיניה
תא שמע אחד לדין ואחד
לצדקה דברי ר' עקיבא
אמר לו ר' אלעזר בן
עזריה עקיבא מה לך
אצל הגדה כלך למדברותיך

ut corvus. R. Nulla eſt contrarietas, illic de ſeſſione (in ſchola,) hic de bello (ſermo eſt,) nam dixit Mar, nihil æquè pulchrum eſt in conſeſſu (in ſchola,) ac ſenex, & nihil tam pulchrum eſt, quàm adoleſcens in bello. (Et hæc loca ſibi contrariari videntur) cum in fine v. 9. c. VIII I. Dan. dicitur *ſolium ejus, ut ſcintillæ ignis* & in principio ejuſdem verſûs, *donec ſolia* (in plurali) *abjecta ſunt, & permanens dierum ſedit.* R. Non contrariantur, nam ſolium unum inſervit illi (permanenti dierum,) alterum Davidi, ſicuti traditio, ſolium unum eſt pro illo, alterum pro Davide, ſunt verba R. Akibhæ. Hunc allocutus eſt R. Joſe (1) Galilæus: Akibha, uſque quo (2) Majeſtatem Divinam reddis profanam? (Dicendum potius eſt,) quod ſoliorum alterum judicio, alterum (3) clementiæ poſitum fuerit. Accepitne ab illo, annon? Veni, audi, unum ſolium judicio,

אצל נגעים ואהלות אלא אחד לכסא ואחד לשרפרף כסא לישב עליו שרפרף להדום רגליו שנאמר השמים כסאי והארץ הדום רגליו׃

dicio, alterum clementiæ poſitum eſt, ſunt verba R. Akibhæ, (accepit itaque à R. Joſe) Dixit R. Eleaſar fil. Aſariæ: Akibha quid tibi cum (4) ſubtilibus enarrationibus? deſiſte ab his verbis, (5) confer te ad jura plagarum lepræ, & tentoriorum, nam unum ſolium ſedilis erat, alterum ſcabellum. Sedilis erat, ut illi inſideat, ſcabellum, ut illic pedes collocet, quemadmodum Jeſ. LXVI: I. *Cœlum ipſum ſolium meum eſt, & terra ſcabellum pedum meorum.*

ANNOTATIONES.

(1) R. Joſe Galilæus. Sic ſolent nonnunquam nomini proprio adjicere nomen loci. Ita ſalvator noſter vocatur ὁ Ἰησοῦς ὁ γαλιλαῖος, Math. XXVI: 69. illic enim natus, educatus, Galilæam præcipuè doctrina & miraculis nobilitavit.

(2) R. Akibha initium & finem v. 9. c. VII. Dan. componere ſibi propoſuit, dicendo, unum ſolium Deo, alterum Davidi inſervire, ſed ideo à R. Joſe Galilæo accuſatus, quaſi *Majeſtatem Divinam profanam* redidiſſet להושיב אדם בצידו / *quod hominem* (qualis David eſt) *juxta latus* (Dei) *collocet*, ſequitur ergo juxta Judæorum ſententiam Majeſtati Divinæ contrariari, ut ad latus illius merus homo collocetur, verus ergo Deus eſſe debet, ad quem honos hic defertur. Agnoſcamus hæc omnia veriſſima eſſe, & videbimus, quemadmodum miſeri Judæi gladium in propria viſcera immittant, nam ſi verus Deus & non homo eſſe debet is, qui conſidet juxta Dei latus, jam extra Controverſiæ aleam poſitum eſt Meſſiam verum Deum eſſe,

 quem

quem ita Adonai alloquitur Pſ. cx: 1. נאם יהוה לאדוני שב לימיני *Dixit Adonai Domino meo, ſede ad dextram meam.* Argumentum Divinitatis Meſſiæ ex hoc Pſalmo deſumtum jam olim Judæos confundebat, ut ἐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον, Math. XXII: 46. Etiam hoc argumentum ex Judæorum propria Hypotheſi petitum ejus Naturæ eſt, ut ſolvere nullo modo poſſint.

(3) צדקה hoc in loco denotat *clementiam, miſericordiam*, nam opponitur דין *judicio.* Haud infrequens eſt, ut צדקה apud Chaldæos, Syros, Thalmudicos ſub notione *liberalitatis, Eleemoſynæ* veniat. Daniel Nebucadnezari conſulit, ut *peccata* ſua בצדקה *Eleemoſyna abrumpat*, erogando bona, arte mala corruſa, & quod Math. VI: 1. ἐλεημοσύνη, illud Syrus habet ܙܕܩܬܐ. Nonnunquam Hebraiſmum hunc imitari videntur ſcriptores N. T. ſic Paulus, poſtquam locutus fuerat de gratioſa Dei datione, addit, ἡ δικαιοσύνη αὐτȣ̃ μενέτω 2. Cor. IX: 9, 10. ex Pſ. CXII: 9.

(4) אגדה & הגדה eſt diſcurſus Theologicus de ſenſu loci cujuſdam ſcripturæ, qui animum attrahit, & afficit, a נגד *trahere, inclinare.* Contra diſtinguitur à caſibus juris, qui vocantur שמעתא.

(5) R. Akibha fuit inſignis Judæorum Magiſter, *natus ex poſteris Siſeræ, ducis Jabin, regis Tyri Jud. c.* IV: 2. *Iſraelita deinde per proſelytiſmum juſtitiæ, (uti vocant) factus, in doctrina ita profecit, ut primo Scholæ Diddanæ, deinde etiam Jabhnenſis Præſes factus fuerit* Otth. Hiſt. Doct. Miſn. p, 132. &c. Studium illius, ut ex præſente Gemara pateſcit, non tam fuit circa explicationem diſcurſuum Theologicorum, quàm circa varios Juris caſus, veluti plaga lepræ, tentoria & illorum diſpoſitio, in his dignoſcendis excelluit, quare R. Eleaſeer fil. Aſariæ illum allocutus eſt, *confer te* ad jura *plagarum lepræ, & tentoriorum*, non eſt quod quidquam dicas עד שתגיע אצל נגעים ואהלות שהן הלכות עמוקות *antequam pervenias ad* deciſiones *plagarum lepræ & tentoriorum, quæ ſunt deciſiones profundæ*, Gloſſa Raſchi.

כי אתא רב דימי אמר שמונה עשר קללות קילל ישעיה את ישראל ולא נתקררה דעתו עד שאמר להם המקרא הזה ירהבו הנער בזקן והנקלה בנכבד שמונה עשרה קללות מאי נינהו דכתיב כי הנה האדון ה׳ צבאות מסיר מירושלים ומיהודה משען ומשענה כל משען לחם וכל משען מים גבור ואיש מלחמה שופט ונביא וקוסם וזקן שר חמשים ונשוא פנים ויועץ וחכם חרשים ונבון לחש ונתתי נערים שריהם ותעלולים ימשלו בם ותוסר משען אלו בעלי מקרא משענה אלו בעלי משנה כגון רבי יהודה בן תימא וחבריו פליגי בה רב פפא ורבנן חד אומר שש מאות סדרי

(1) Quum veniſſet R. Dimi (ex Iſraelitica Regione in Babyloniam) dixerat: Sunt octodecim maledictiones, quibus Jeſajas Iſraeli maledixit, nec animus illius refrixit, uſque quo hæc verba protulerat, *inſurgens puer in ſenem, & vilis in honoratum.* Quænam ſunt (octodecim hæ maledictiones?) R. Scriptum eſt Jeſ. III: 1--7. (2) *Nam ecce Dominus ille Adonai exercituum amoturus eſt ab Jeruſchalaimis & à Jehuda ſcipionem, bacillum, omnem ſcipionem panis, & omnem ſcipionem aquæ, potentem, & bellatorem, judicem & Prophetam, ſagacem ac ſenem, præfectum quinquagenis, & honorabilem, conſiliarium ac ſapientem ad ſilentium alios redigentem & intelligentem muſſitantem, daturus autem ſum pueros principes eorum & illi, qui ingenio puerili ſunt, dominabantur in eos &c.* Quid intelligitur per *Scipionem* (3) משען? R. (Intelliguntur) Doctores in Scriptura exercitati.

משנה וחד אמר שבע
מאות סדרי משנה כל
משען לחם אלו בעלי
תלמוד שנאמר לכו לחמו
בלחמי ושתו ביין מסכתי
וכל משען מים אלו בעלי
אגדה שמושכים לבו של
אדם כמים באגדה גיבור
זה בעל שמועות ואיש
מלחמה זה שיודע לישא
וליתן במלחמתו של תורה
שופט זה דיין שדן דין
אמת לאמיתו נביא
כמשמעו קוסם זה מלך
שנאמר קסם על שפתי
מלך זקן זה שראוי לישיבה
שר חמשים אל תקרי שר
חמשים אלא שר חומשין
זה שיודע לישא וליתן
בחמשה חומשי תורה
דבר אחר שר חמשים
כדרבי אבהו דאמר ר'
אבהו מכאן שאין מעמידין

citati. Per משענה *bacillum* (innuuntur) Doctores Miſnæ periti, veluti R. Jehudà fil. Temæ, & ſocii ejus. Diſſident hoc in loco R. Papa, & Rabbaniſtæ. Unus dicit, fuerunt (olim) (4) ſexcenti Miſnæ ordines, alter verò, ſeptingenti Ordines. Per (5) *omnem ſcipionem panis* (denotantur) Doctores, qui in Talmud verſati ſunt, ſic dicitur Prou. IX: 5. *Venite, veſcimini de cibo meo, & bibite de vino, quod miſcui.* Per *omnem ſcipionem aquæ* (intelliguntur) Magiſtri in Agadot ſeu diſcurſibus Theologicis jucundis exercitati, quibus cor hominis attrahunt, aquæ inſtar. *Potens* dicitur, qui notitiam habet (6) deciſionum Juris. *Bellator* eſt, qui novit diſputare in bello ſeu ventilatione Legis. *Judex* ille eſt, qui judicium verum κατὰ ἀλήθειαν fert. *Propheta* ſimpliciter ſumendus eſt, (ſeu non aliud quid ſub hac voce innuitur.) *Sagax* denotat Regem, nam dictum eſt Prov. XVI: 10. *Sagacitas*

מתורגמן על הצבור פחות
מחמשים שנה ונשוא פנים
זה שנושאין פנים לדורו
בעבורו למעלה כגון רבי
חנינא בן דוס׳ למטה כגון
רבי אבהו בי קיסר יועץ
שיודע לעבר שנים ולקבוע
חדשים וחכם זה תלמיד
המחכים את רבותיו חרשים
בשעה שפותח בדברי תורה
הכל נעשין כחרשין ונבון
זה המבין דבר מתוך דבר
לחש זה שראוי למסור לו
דברי תורה שניתנה בלחש
ונתתי נערים שריהם מאי
ונתתי נערים שריהם אמר
רבי אלעזר אלו בני אדם
שמנוערין מן המצות
ותעלולים ימשלו בם אמר
רב פפא בר יעקב תעלי

gacitas inſidet *labiis Regis.* (7) *Senex* eſt, cui convenit (in Academia) ſedere. שר חמשים *præfectus quinquagenis*, (8) ne legas שר חמשים *præfectus quinquagenis* ſed שר חומשין *præfectus quinque* libris Moſis, qui novit diſſerere de quinque Moſis libris. Alia quoque eſt explicatio שר חמשים ſecundum R. Abahu; dixit enim R. Abahu, hinc explicatio petenda, quia non (9) conſtituunt Interpretem in cœtu, qui nondum quinquaginta annos habet. (10) *Honorabilis* dicitur, quando propter illum homines eodem tempore viventes honorantur, tum (11) ſupra (in cœlo,) ſicuti (contigit) R. Chaninæ fil. Douſæ, tum infra (in terra) ſicuti (contigit) R. Abahu in domo Cæſaris. *Conſiliarius* eſt, qui annos intercalare, & menſes figere novit. *Sapiens* dicitur, qui Rabbinos ſuos ſapientes reddit. חרשים dicitur is, coram quo eo tempore, dum in verbis legis

L (lo-

בני העלי ולא נתקררה
דעתו עד שאמר להם
ירהבו הנער בזקן והנקלה
בנכבד אלו בני אדם
שמנוערין מן המצות ירהבו
במי שממולא במצוות
כרימון והנקלה בנכבד יבא
מי שחמורות דומות עליו
כקלות ירהבו במי שקלות
דומות עליו כחמורות אמר
רב קטינא אפי' בשעת
כשלונה של ירושלם לא
פסקו מהם בעלי אמנה
שנאמר כי יתפש איש
באחיו ביה אביו לאמר
שמלה לך קצין תהיה
לנו דברים שבני אדם
מתכסין כשלמה ישנו תחת
ידך והמכשלה הזאת
מאי והמכשלה הזאת
דברים שאין בני אדם
עומדין עליהן אלא אם

(loqui) incipit, omnes obmuteſcunt. Et *intelligens* ille eſt, qui unam rem mediante altera intelligit. *Muſſitans* qui dignus eſt, ut illi (12) ea verba Legis tradantur, quæ tacitè data ſunt. *Daturus ſum pueros principes eorum.* Quid eſt, *daturus ſum pueros principes eorum?* (Jam hoc infra his verbis dicitur, *& puer inſurget adverſus ſenem*) Dixit R. Eleaſar, ſunt tales homines, qui à præceptis excuſſi ſunt, & quando dicitur, *illi, qui ingenio puerili ſunt, dominabuntur in eos*, dixit R. Papa fil. Jacob intelliguntur (13) vulpes, filii vulpium. Non refrixit animus Prophetæ, uſque quo hæc verba protulerat, (14) *inſurgent puer in ſenem, & vilis in honoratum,* (15) qui ſunt à præceptis excuſſi, hi inſurgent adverſus illum, qui præceptis refertus eſt, ſicut malogranatum & *vilis adverſus honoratum* (ſeu levis adverſus gravem,) ille, (16) qui gravia præcepta eodem loco habet,

נכשל בהן ישנן תחת ידך
ישא ביו׳ ההו׳ לאמר לא
אהיה חובש ובביתי אין
לחם ואין שמלה לא
תשימוני קצין עם ישא
אין ישא אלא׳ לשון שבועה
שנאמר לא תשא את שם
ה׳ אלקיך לא אהיה חובש
לא הייתי מחובשי בית
המדרש ובביתי אין לחם
ואין שמלה שאין בידי לא
מקרא ולא משנה ולא
תלמוד ודילמא שאני התם
דאי אמר להו גמירנא
אמרי ליה אימא לן הוה
ליה למימר גמר ושכח מאי
לא אהיה חובש לא אהיה
חובש כלל איני והאמר
רבא לא חרבה ירושלם
עד שפסקו ממנו בעלי
אמנה שנאמר שוטטו
בחוצות ירושלם וראו נא
ודעו ובקשו ברחובותיה

bes, ac levia, inſurget contra illum, qui levia præcepta eodem loco habet ac gravia. Dixit R. Ketina: cùm Jeroſolyma corruit, non tamen defecerunt viri fide digni, nam dicitur Jeſ. III: 7. *Si prehendat quis fratrem ſuum è domo paterna ſua*, dicens, *veſtis eſt tibi, ductor eſto nobis*; an ea poſſides, quibus ſe homines obtegere ſolent, ſicuti veſtimenta? exſtat in eodem verſ. *& ruina hæc*, talia ſunt, ſuper quæ homines non ſtare poſſunt, niſi (priùs) cæſpitent, *eſtne ſub manu tua* (ut talem ruinam impedire poſſes?) *Tum jurabit die illo, dicendo*, (17) *non vobis præero, & in domo mea non eſt panis, neque veſtis, ne ponatis me ductorem populi* v. I. vox ישא habet ſignificatum juramenti, quemadmodum Exod. XX: 7. *non jurabis apud nomen Domini Dei tui* &c. *non vobis præero*, non fui ex illis, qui Scholis præfuerunt, *& in domo mea non eſt panis neque veſtis*, mihi non eſt, neque ſcriptura,

אם תמצאו איש אם יש עושה משפט מבקש אמונה ואסלח לה לא קשיא הא בדברי תורה הא במשא ומתן בדברי תורה הוו במשא ומתן לא הווי·

neque Miſna, neque Talmud (18) Q. Fortaſſe hic alia ratio eſt, nam ſi dixiſſet, ego edoctus ſum, tunc reſpondiſſent, dic nobis. R. Attamen dicere potuiſſet, ego (olim) edoctus fui, ſed nunc oblitus. Quid ſibi vult *Ego vobis non præero?* (& quare ſupra dixiſti *non præfui.*) R. Nullo modo vobis præero. An ita ſe habet, (quòd Hieroſolymâ jam dirutâ nunquam veraces defuerint) cùm tamen Raba dixerit (Cod. Schab. fol. 120.) Hieroſolyma non deſtruebatur, priuſquam in illa homines veraces defecerant, ſicuti dicitur Jer. v. 1. *Percurrite plateas Hieroſolymæ, & videte jam, atque cognoſcite, & diſquirite in plateis ejus, an inveniatis virum, an ſit qui exerceat jus, requirat fidem, & condonabo illi.* R. Nulla vis objectionis eſt; illud de verbis Legis dicitur, hoc de negotiatione, (viri veraces) extiterunt quoad verba Legis, ſed non quoad negotiationem.

ANNOTATIONES.

(1) Vide ea, quæ pag. 6. annotavimus, Exemplum in Gemara hac proſtat, quòd verbum אתא, non ſimpliciter venire, ſed ſimul inſtruere, quandoque denotet: dicitur de Magiſtris Hieroſolymitanis in Babyloniam docendi cauſâ proficiſcentibus, contrà, ſi Babylonii Regionem Iſraëliticam aſcendunt, adhibetur vox סלק, nam כל היכא דאיכא כי סליק רבי פלוני ר"ל מבבל לארץ ישראל וכי אתא ר' פלו' מארץ ישראל לבבל *ubicunque occurrit, quum aſcen-*

cendiſſet Doctor quidem, *hic ſenſus eſt*, *è Babylonia aſcendiſſe in Iſraëliticam regionem*, *ubi vero dicitur*, *quem veniſſet Doctor quidam*, *ex Iſraëlitica Religione in Babyloniam deſcendiſſe intelligitur*, in Halic. Olam Part. 2. cap. I. in Verſ. L'Empereur p. 48.

(2) Quando Gemarici locum hunc Jeſajæ III. explicant, ſenſum, quem vocant עמוק מאוד *profundum valdè*, i. e. myſticum ſequuntur, non tamen putem, illos ſenſum literalem excludere, præſertim, quum Commentatores Hebræi ſenſum Myſticum conſtanter ſervant, & alterum tamen quoque adjiciunt. Ita Kimchius, Abarbanel in Comment.

(3) Voces משען & משענה eundem ſignificatum poſcunt, nec differentia alia eſt, quàm quòd prior in maſcul, poſterior in fœminino ſit. Chaldæus interpres exprimit per סמך & סעיד *fulcimentum & firmamentum*, quamvis non differant, non tamen tautologia in verbis ulla occurrit, verùm, ut Grammaticorum Canon eſt, *duplicatio ſententiæ ſub diverſis verbis*, *eſt corroboratio illius.* Abarbanel in Comment. ad h. l. בלשון זכר ולשון נקבה להגיד שיסיר מהם כל משען אכתי חזק ולכן כנה אותו בלשון זכר וגם יסיר מהם המשענה שהוא הרפא החלוש שתשש כחו כנקבה adhibet *maſculinum & fœmininum*, *ut ſignificet*, *quod amoturus ab illis ſit omne fulcimentum*, *verè robuſtum*, *ideo nominavit in genere maſculino*, *ſed quoque remoturus erit* המשענה *fulcimentum* (in fœminino) *quod eſt debile & infirmum*, *ut infirmaretur vis ejus*, *ſicut fœmina.*

(4) Loco, quod ſexcenti, aut ſeptingenti Miſnæ Ordines olim fuerunt, hodienum ſex tantùm reſtant, quorum primus vocatur זרעים *de ſeminibus*, alter מועד *de feſtis*, tertius נשים *de mulieribus*, quartus נזיקין *de damnis*, quintus קדשים *de ſacrificiis*, & ſextus טהרות *de puritatibus.* Infra Gemara nobis exempla ſuppeditabit, ex quibus clareſcet, quam magnificè loquuntur de Veterum Hebræorum notitia.

(5) Ratio, quare Doctores Talmudici ſcipioni panis aſſimilantur, hæc à Raſchi in Gloſſa annotatur, *nam poteſt aliquis inniti demonſtrationibus illorum*, *ſicuti fulcimento panis* (ad ſuſtentationem corporis.)

(6) Gloſſa

(6) Gloſſa Raſchi explicat, quid ſit בעל שמועות ſcil. ששמע הלכות פסוקות מרבותיו ושגורות בפיו *qui audivit conſtitutiones Juris deciſas à Magiſtris ſuis, quas quoque promtè proferre novit.*

(7) Quia ſenum plerumque eſt de rebus diſſerere, judicare, Gemarici hoc in loco talem quoque intelligendum eſſe putant, cui ob plurima experimenta judicium ferre in decidendis Juris caſibus facile eſt, *ſeni convenit, ut in Academia ſedeat, & à quo conſilia in qualibet re ſapienti ſumant.* Raſchi.

(8) Quando Gemara hac formula utitur אל תקרי *ne legas* ſic, neutiquam nos docere vult, ac ſi lectio corrupta eſſet, & in quibuſdam exemplaribus alia inveniretur, ſed alteram tantùm adhibet, quia literis parùm immutatis ſcopum allegoricæ explicationis attingit, ex. gr. vera lectio eſt שר חמשים *præfectus quinquagenis*, ſed cùm virum Legis peritum innuere vult, dicit legendum שר חומשין *præfectus quinque* libris Moſis, nam חומש idem apud Rabbinos ſonat, ac apud nos Pentateuchus, quinque Moſis libri. Simile exemplum habes in fine hujus Cod. fol. ult. „cùm dicitur, peccatores Iſraelis præceptorum obſervatione ple„nos eſſe malogranati inſtar, quemadmodum ſcriptum Cant. IV: „3. כפלח הרימון רקתך ſicut fragmen malogranati rakotco, ſubjicit „Gemara אל תקרי רקתך *ne legas rakotco, tempora tua,* אלא רקנין *ſed* „*vacui*, i. e. peccatores.

(9) שר חמשים alii exponunt per מתורגמן על הצבור *Interpretem Eccleſiæ*, qui minimum quinquaginta annos habere debebat; nam ex Lingua ignota in vernaculam commodè transferre multum laboris & temporis requirit. Munus interpretis in Veteri Synagoga Judaica notiſſimum erat, illius officium in eo conſiſtebat, ut ſingulos verſus è fonte Hebræo prælectos vernaculè redderet, atque populum Linguæ Sanctæ imperitum de vero ſenſu edoceret. Originem Judæi referunt ad tempora Ezræ, putantque Neh. VIII: 8. conſuetudinis hujus mentionem fieri. Credibile & in ſubſequente ætate hunc morem obſervatum fuiſſe, imò ab ipſo Paulo Eccleſiæ Corinthiacæ commendatum, nam aliter nullus uſus ex inſigni iſto πολυγλωττίας dono, in Eccleſiam redundat, niſi quis διερμηνεύων, *interpretator* adeſt, qui verbis aptis ſenſum Eccleſiæ communicat. inſp. 2 Cor. XIV: 5. & 13.

(10)

(10) נשוא פנים *honoratus.* R. D. Kimchi explicat, מי שהוא נכבד מרוב עשרו וגדולתו *qui ob divitias & Majeſtatem ſuam æſtimatus eſt.*

(11) Tantam dignitatem horum Magiſtrorum fuiſſe ſcriptores Hebræi referunt, ut in illorum gratiam univerſus mundus in honore habitus fuerit. R. Chanina fil. douſæ in tanta gratia apud Deum ſtetit, ut Bathkol ſeu filia vocis cœlitùs teſtata fuerit: כל העולם אינו נזון אלא בשביל חנינא בני *Univerſus mundus non aliter, niſi propter Chaninam filium meum* Raſchi. Non minus rectè eſt, ſi נשא פנים ad Deum refertur, in ſignificatu miſerendi, gratiam præſtandi. R. Abahu verò in domo Cæſaris maximo favore & honore fruebatur, ceu cui ipſæ ancillæ Cæſaris obviam ibant, quemadmodum in Cod. Sanh. dicitur. Obſerva per vocem למעלה *ἄνω* hic cœlum innui, quemadmodum Græca vox *ἄνω* in N. Teſtamento idem valet. Gal: 4: 26. Ἡ *ἄνω* Ἱερουσαλὴμ *cœleſtis Jeruſalem.* Sic Col. III. 1, & 2. Τὰ *ἄνω* *ζητεῖτε, τὰ ἄνω φρονεῖτε.*

(12) Loco, quod vulgò legitur, דברי תורה *verba Legis* Raſchi legebat סתרי תורה *occulta ſeu myſtica Legis*, in Comment. ad Jeſ. III. quæ Lectio verior eſſe videtur, nam cùm in confeſſo ſit Deum illuſtri modo Legem populo Iſraelitico dediſſe, illamque quotidie inculcaſſe, non ita rectè Gemara loqueretur, *verba Legis, quæ tacitè tradita ſunt.*

(13) תעלא denotat *vulpem*, Hebræis eſt שועל quæ permutatio haud infrequens eſt, ut ſibilantes cum mutis lingualibus permutenrur, ita quod Hebr. שלוש *tres* Chal. & Talm. תלת תלתא Ratio comparationis clara eſt, quatenus homines ingenio puerili, ſed nequitia virili cum vulpibus comparantur, ob aſtutiam ſcil. & nequitiam, quam ſub pectore in populi damnum ferunt. Ita Chriſtus Herodem *ἀλώπεκα vulpem* vocavit Luc. XIII: 32.

(14) ירהבו Hebræi diverſimodè hanc vocem exprimunt, modo per יתגדלו יתגאו *ſuperbè, ferociter agent*, ut Raſchi in Gloſſa & Comment. ad Jeſ. III. modò per יחזקו עליו ויעיזו בו פניהם *confortabunt ſe adverſus illum, atque indurabunt facies ſuas,* ישלטו *dominabuntur* LXX. habent προσκόψει, hæc omnia eundem

ſenſum.

ſenſum innuunt, ferociam ſcil. pueri, quæ tanta erit, ut contra ſenem inſurget.

(15) נער *puer* in Gemara explicatur כי שמנוער *qui excuſſus eſt à præceptis*, ſeu deſtitutus impletione præceptorum, alludit ad rad. נער excutere, à qua נער *puer* ortum ſuum habet, qui ex utero materno modò excuſſus eſt, jam qui ſenſu ſpirituali puer dicitur, talis intelligitur, in quo nulla præceptorum obſervantia reperitur, & arboris emortuæ inſtar eſt, ex qua omnes fruges excuſſæ ſunt, itaque opponit מולא במצוות כרימון *qui præceptis plenus eſt ſicut malogranatum* conf. Paraphr. Chald. ad Cant. IV: 3.

(16) Vis argumentationis in ſignificatu vocum textualium latet, in נקלה *levis*, & נכבד *gravis*, quatenus illi ob contemtum Divinorum præceptorum gravia quoque levia apparent, huic verò ob reverentiam, quam mandatis Dei exhibet, etiam levia gravia videntur.

(17) Quamvis alii aliter vertant, vocem חבש quàm *præeſſe, dominari*, ego tamen pluribus ex cauſis illum ſignificatum elegi, ex textu liquet, populum in ſumma miſeria conſtitutum de duce, ſub quo conſiſtere valeat, ſibi circumſpicere, quemlibet è domo paterna prehendere, dicendo, *tu dux nobis eris* Jeſ. III: 4. Jam neceſſariò requiritur, ut reſponſio ad quæſtionem quadret, dicendo, abnuo, ego vobis non præero. Ipſe Paraphraſtes Chaldæus hunc ſignificatum approbat לית אנא כשר למהוי ריש *ego non dignus ſum, ut caput ſim*. Accedit tertiò, quod ipſe Kimchi hunc ſignificatum admittat חובש מושל נקרא כן לפי שחובש ואוסר העוברים על מצותו Chobheſch eſt dominans, nam ita vocatur, quia ligat & vincit transgreſſores præcepti ſui.

(18) Objectio hæc eò tendit, ut velit innuere, aliam ſubeſſe cauſam, quare dixerit *in domo mea non eſt panis, neque veſtis*, quaſi non amore veritatis, ſed timore pudoris confeſſus fuerit. Ita mentem Gemaræ gloſſa Raſchi illuſtrat: *Fortè hoc non ideo* (confitebantur) *quia fuerunt viri fide digni, ſed ſi aliquis dixiſſet, ego edoctus ſum* (ſcripturam & Miſnam) *petiiſſent ab illo, doce nos quoque, & tunc neſciviſſet.*

תנו רבנן מעשה ברבן
יוחנן בן זכאי שהיה רוכב
על החמור והיה מהלך
בדרך ור' אלעזר בן ערך
מחמר אחריו אמר לו רבי
שנה לי פרק אחד במעשה
מרכבה אמר לו לא כך
שניתי לכם ולא במרכבה
ביחיד אלא אם כן היה
חכם ומבין מדעתו אמר
לו רבי תרשיני לומר לפניך
דבר אחד שלמדתני אמר
לו אמור מיד ירד רבן
יוחנן בן זכאי מעל החמור
ונתעטף וישב על האבן
תחת הזית אמר לו ר' מפני
מה ירדת מעל החמור אמר
איפשר אתה דורש במעשה
מרכבה ושכינ' עמנו
ומלאכי השרת מלוין
אותנו ואני ארכב על

Rabbini Hiſtoriam recenſent, quæ Rabban Jochanan fil. Saccai contigit, cùm (aliquando) (1) aſino inſidebat, atque proficiſcebatur, tunc R. Eleaſar fil. Arac aſinum incitavit, (& interea Magiſtrum) allocutus eſt, Rabbi doce me caput unum in *Opere Currûs*. Reſpondit hic, nonne ita vos edocui *& non exponunt Opus Currûs privatim, niſi fuerit Sapiens atque ex ſeipſo intelligens.* (Iterum diſcipulus) dixit, Rabbi da mihi licentiam coram te aliquid proferendi, quod me edocuiſti. Reſpondit illi, (pace mea) profer, & tunc ſtatim Rabban Jochanan fil. Saccai de aſino deſcendit, ſeque (pallio ſuo) involvit, ac inſedit lapidi, (2) qui ſub olea erat. Dixit illi, Rabbi (3) quare de aſino deſcendiſti? Reſp. an poſſibile eſt, quum tu exponis Opus Currûs, & Majeſtas Divina nobiſcum, nec non Angeli Miniſtratorii nos comitantur, ut ego aſino inſiderem, tunc ſtatim incepit R.

 Elea-

החמור מיד פתח רבי
אלעזר בן ערך במעשה
המרכבה ודרש וירדה אש
מן השמים וסיבבה כל
האילנות שבשדה פתחו
כולן ואמרו שירה מה
שירה אמרו הללו את ה׳ מן
הארץ תנינים וכל
תהומות עץ פרי וכל
ארזים הללויה נענה
מלאך מן האש ואמר הן
הן מעשה המרכבה עמד
רבן בן זכאי ונשקו על
ראשו ואמר ברוך ה׳ אלקי
ישראל שנתן בן לאברהם
אבינו שיודע להבין ולחקור
ולדרוש במעשה מרכבה
יש נאה דורש ואין נאה
מקיים נאה מקיים
ואין נאה דורש אתה נאה
דורש ונאה מקיים אשריך
אברהם אבינו שאלעזר
בן ערך יצא מחלציך·

Eleaſar fil. Arac in opere Currûs, & cùm expoſuerat, deſcendit ignis de cœlo, & circumdedit omnes arbores in agro, inceperunt omnes, atque canticum dixerunt. Quodnam canticum dixerunt? Ex Pſalm. CXLVIII: 7. *Laudate Adonai de terra, Ceti, & omnes abyſſi, arbores fructiferæ, omnes Cedri, laudate Dominum.* Tunc (4) Angelus de igne reſpondit, & dixit; Hoc ipſum eſt Opus Currûs. Surrexit Rabban Jochanan fil. Saccai, atque exoſculatus eſt (5) caput illius, & dixit, Benedictus Dominus Deus Iſraëlis, qui (6) hunc filium Abrahamo Patri noſtro dedit, qui ſcit intelligere, ſcrutari, & exponere Opus Currûs, reperiuntur tales, (7) qui rectè exponunt, ſed non rectè ſtabiliunt, reperiuntur alii qui rectè ſtabiliunt, ſed non rectè exponunt, ſed (8) tu (R. Eleaſar fil. Arac) rectè exponis, & rectè ſtabilis, Beatus ſis tu Abraham Pater noſter, quod Eleaſar fil. Arac è lumbis tuis exierit.

AN-

ANNOTATIONES.

(1) In regionibus iſtis Orientalibus ſæpiſſimè ad iter faciendum miniſterio aſini utebantur, quemadmodum jam ætate Abrahami & Bileami factum fuiſſe in Sacris legimus, uſitatum fortè & illud fuit, ut ad lentos greſſus aſini promovendos agaſonem habuerint, quas partes in Gemara noſtra R. Eleaſar fil. Arac in honorem Magiſtri ſui implevit, dicitur enim מחמר *agaſo*. Hinc quoque patet ſalvatoris noſtri equitationem ſuper aſinô fuiſſe factum ordinarium, ad mores terræ illius accomodatum, nec ab infima plebe, ſed à primariis populi adhibitum, inter quos primo loco cenſetur hic Rabban Jochanan fil. Saccai, qui ſecundum calculum Chronologium circa Chriſti tempora vixit; Ita mos hic inter Judaos fuit receptus, ut loca aſinis elocandis deſtinata habuerint, illa vocantur à Talmudicis שוק של חמרין *forum aſinorum*; Fuit ſimul quoque pecunia pro ratione ſtadii, quod decurrere viator intendit, fixa עשר׳ פרסי בזוזה *decem milliaria pro ſuſa*. fol. 9. c. 2. h. tract.

„ (2) Incomparabilis Ligtfootus in Joh. 1:48. annotat ad „ hæc verba ad Nathanaelem dicta. *Vidi te*, inquit Chriſtus, „ *cùm eſſes ſubter ficum*. Et quidnam tandem ibi agentem? „ Non dormientem abſque dubio, non otiantem, non mali „ aliquid agentem, nam tum tale encomium à Chriſto non „ obtinuerat, quin potiùs aut orantem, aut legentem, „ aut meditantem, aut aliquid religioſum præſtantem, „ in receſſu ſub aliqua ficu, & extra conſpectum homi„ num. Habemus etiam hic exemplum Rabban Jochanan fil. Saccai, qui majoris devotionis & reverentiæ exhibendæ gratia aſino deſcendens lapidi inſedit, qui erat *ſub olea*. Judæi quidam eundem morem à pluribus pientiſſimis Viris obſervatum fuiſſe affirmant, in quem finem Abrahamus nemus plantavit, ut *in illo invocaret nomen Adonai Dei fortis æterni* Gen. XXI: 33. Sic putant aliam cauſam non ſubeſſe, quare mentio fiat Deboræ ſub palma ſedentis, niſi quod ſub illa preces ad Deum fuderit. Jud. IV: 5.

(3) Quando diſcipulus Magiſtrum interrogat, *quare de aſino deſcendiſti?* fortaſſe reſpicit ad Miſn. 5. c. IV. Berac: היה רוכב על החמור ירד ואם אינו יכול לירד יחזיר את פניו ואם אינו יכול להחזיר את פניו יכוין את לבו כנגד בית קדש הקדשים *Qui inſidet aſino, deſcendito; ſi deſcendere nequeat, faciem convertito; ſi faciem nequeat convertere, advertat animum ad domum Sancti Sanctorum.* Quare tu aſino deſcendiſti? qui tamen hoc Miſnæ dictum freadquenter nobis inculcaſti, non abſolutè neceſſarium eſſe, ut iſte, qui aſino inſidet, ad preces fundendas deſcendere debeat.

(4) Alia lectio olim fuit מלאך המות *Angelus mortis*, ſed hanc rejiciunt Authores Toſaphot: לא גרסינן מלאך המות *non legimus, Angelus mortis.*

(5) Sic Magiſtri affectum diſcipulis teſtando caput exoſculabantur, atque illos acerrimo hoc ſtimulo ad majora peragenda monebant. Alia exempla proſtant, uti in Nedarim, ubi Simeon Juſtus in reſponſione Naſiræi complacentiam ſuam hoc geſtu & verbis declaravit. *Inclinavi in eum capite meo, dixique, O fili, multiplicentur tales, qualis tu, in Iſraele.*

(6) Nihil magis in ore Judæis omni tempore fuit, quàm jactare ortum ex lumbis Abrahami, ſe eſſe filios naturales: ut Joh. VIII: 33. *σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν ſemen Abrahæ ſumus*, hanc gloriam illis non adimemus, quæ vana eſt, quæ, quum Abrahamum operibus abnegant, & Diabolum imitantur, interitum illorum aggravat. Rectè Paulus οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα, *non quia ſemen Abrahæ, ideo ſunt filii.* Rom. IX: 7. imò, ut ipſi fatentur in Schab. fol. 53. I. תמה זכות אבות, *ceſſavit meritum Patrum, Abrahami, Iſaaci, & Jacobi à diebus Hoſeæ Prophetæ &c.* Conferamus hic verba Gemaræ cum Phraſeologiis in N. Teſt. occurrentibus, & nonnullam convenientiam reperiemus. Magiſter hic vocat Abraham אברהם אבינו *Abraham Pater noſter*, conf. Math. III: 9. πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ, *Patrem habemus Abrahamum.* ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐστι Joh. VIII: 39. R. Eleaſar fil. Arac dicitur בן לאברהם filius Abrahami; Ita τέκνα, σπέρμα Ἀβραάμ *filii, ſemen Abrahami*, ut loca modò citavimus. θυγατὴρ Ἀβραάμ *filia Abrahami* Luc. XIII: 16. Rabban Jochanon fil. Saccai alloquitur Abrahamum,

Bea-

Beatus ſis tu Abraham Pater noſter, quod Eleaſar fil. Arac יצא מחלציך *è lumbis tuis egreſſus fuerit.* conf. Hebr. VII: 5. ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ *qui egreſſi ſunt è lumbis Abrahami.*

(7) *Sunt qui rectè exponunt, & non ſtabiliunt.* Magiſter hic accuſat illos, qui veritatis notitiam accuratam habent, illamque, prout נאה *decet, pulchrum eſt*, explicant, ſed nihil minus agunt, quàm quòd vitam ad dicta conforment, quòd illi ex eorum numero eſſe velint, qui dicta exemplis propriis confirmant. Convenit cum dicto Chriſti Math. XXIII: 3. λέγουσι γὰρ καὶ οὐ ποιοῦσι Stylo Talmudico verterem: דורשין ואין מקיימין

(8) R. Eleaſar fil. Arac non tantum eruditione, ſed & pietate alios excelluit. Hinc de illo dicitur, quòd *rite exponat*, & pariter *ſtabiliat*, & quod majus eſt, legitur in Pirke Avoth. c. II. 8. *ſi fuerint omnes ſapientes Iſrael in una lance ſtateræ, & R. Klieſer fil. Hircani etiam cum illis extiterit, atque R. Eleaſar fil. Arac in altera lance* מכריע את כלם *præponderabit omnes.* Vocatur ibidem מעין מתגבר *fons invaleſcens*, qui in ſtudiis & virtutibus magnos profectus facit.

וכשנאמרו הדברים לפני
רבי יהושע היה הוא
ורי יוסי הכהן מהלכין
בדרך אמרו אף אני
נדרוש במעשה מרכבה
פתח רבי יהושע ודרש
ואותו היום תקופת תמוז
היה נתקשרו שמים
בעבים ונראה כמין קשת
בענן והיו מלאכי השרת

Quum Hiſtoria hæc referebatur coram R. Jehoſua, tunc hic & R. Joſe ſacerdos ambulabant, dicebantque, etiam nos in Opere Currûs exponemus. (1) Incepit R. Jehoſua, & expoſuit, erat autem iſte dies (2) Solſtitium æſtivum ſ. Junii, & (tamen) cœli in nubes colligabantur, & ſicut ſpecies arcûs in nube conſpiciebatur, ipſi Angeli miniſtratorii ſe congregabant, & conveniebant ad audiendum,

מתקבצין ובאין לשמוע כבני אדם שמתקבצין ובאין לראות במזמוטי חתן וכלה הלך רבי יוסי הכהן וסיפר דברים לפני רבן יוחנן בן זכאי ואמר אשריכ׳ ואשרי יולדתכ׳ אשרי עיני שכך ראו ואף אני ואתם בחלומי מסובין היינו על הר סיני ונתנה עלינו בת קול מן השמים עלו לכאן עלו לכאן טרקלין גדולים ומצעות נאות מוצעות לכם אתם ותלמידכם ותלמידי תלמידכם מזומנין לכת שלישית וכ״ו תנו רבנן ארבעה נכנסו בפרדס ואלו הן בן עזאי ובן זומא אחר ורבי עקיבא אמר להם ר׳ עקיבא כשאתם מגיעין אצל אבני שיש טהור אל תאמרו מים מים

dum, quemadmodum homines ſolent ſe congregare, & venire ſpectatum (3) ludos ſponſi, & ſponſæ. Abiit R. Joſe ſacerdos, & enumerat verba prolata coram Rabban Jochanan fil. Saccai, dixitque, (4) beati vos eſtis & beatæ ſunt illæ, quæ vos pepererunt, beati ſunt oculi, qui ita viderunt, & ſomniavi quòd ego, & vos accumbatis, hoc eſt ſuper montem Sinai, edita eſt Batkol ſuper nos, (quæ ſonabat) aſcendite hic, aſcendite hic, (5) parata ſunt diſcubitoria magna, & ſtrata pulchra, vos & diſcipuli veſtri, & diſcipulorum diſcipuli convocati eſtis (6) ad catervam tertiam, &c. Rabbini tradiderunt: (7) Quatuor Paradiſum ingreſſi ſunt, fil. Aſai, fil. Suma, Acher, & R. Akibha. Dixit illis R. Akibha (8) quum ad lapides marmoris puri appropinquatis, nolite dicere aquæ aquæ, (quaſi diceretis, aquæ nobis tranſitum negant) quia dicitur Pſ. CI: 7. *loquens mendacia non habitabit*

משום שנאמר דובר שקרים לא יכון לנגד עיני בן עזאי הציץ ומת עליו הכתוב אומר יקר בעיני ה׳ המותה לחסידיו בן זומא הציץ ונפגע ועליו הכתוב אומר דבש מצא אכול דייך פן תשבענו והקאתו אחר קיצץ בנטיעות ר״בי עקיבא יצא לשלום וכ״ו·

tabit coram oculis meis. fil. Aſai (9) curioſè circumſpexit, & mortuus eſt, in hunc quadrat ſcriptura Pſ. cxvi: 15. *Pretioſa eſt in oculis Adonai mors Sanctorum ejus.* Fil. ſuma curioſè circumſpexit, & mente abreptus fuit, de illo intelligendus eſt locus Prov. xxv: 16. *Si invenias mel, comede, quod tibi ſatis eſt, ne ſaturatus illo evomas illud.* Acher plantas detruncavit; Et R. Akibha in pace egreſſus eſt (10) &c.

ANNOTATIONES.

(1) פתח dupliciter ſumi poteſt, vel pro incipere, vel pro explicare, aperire Myſterium in Opere Currus contentum. Reſpondet in Novo Teſtamento vocibus *ἀνοίγειν*, *διανοίγειν*, *ἄρχεσθαι*, quæ quoque utrumque ſenſum admittunt, in ſignificatu incipiendi ſumitur Math. v: 2. *ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ aperiens os ſuum* i. e. incipiens. conf. xiii: 35. It: Act. xviii: 26. *ἤρξατο*, *incepit loqui.* In ſignificandi verò explicandi Luc. xxiv: 32. *ὡς διήνοιγεν*, *dum aperiret nobis ſcripturas.*

(2) Ratio, quare Gemara temporis mentionem faciat, à Raſchi hæc ſubſtituitur דאין דרך להתקשר שמים בעבים *non contingit* (hac anni parte,) *ut cœli obnubilarentur.* In תמוז ſeu *ſolſtitio æſtivo* cœlum ſudum & ſerennm, nullis nubibus obductum eſſe ſolet. Eſt una ex quatuor anni partibus, quas Hebræi vocant תקופות *revolutiones*, cæteræ vocantur תקופת תשרי *æquinoctium ſeptem-*

tembris, תקופת ניסן *æquinoctium Martii* תקופת טבת *ſolſtitium Decembris.*

(3) Pro מזמוטי Jeruſchalmi legit שמח' חתן *lætitia ſponſi*, Juxta Raſchi per מזמוטי intelliguntur מיני שחוק שמשחקין לפניהן *ſpecies ludorum, quibus coram illis, (ſponſo & ſponſa) ludunt.*

(4) Ex Gemara patet, quemadmodum occaſione expoſitionis Operis Currûs μακαρισμὸς hic dictus ſit, qui, præterquam quòd concernit exponentes, refertur etiam ad genitrices, & videntes. אשרי יולדתכ' אשרי עיני שכך ראו *beatæ ſunt genetrices veſtræ, beati ſunt illi, qui ita viderunt,* ſic Judæi inſigniunt doctiſſimos Magiſtros gentis ſuæ. Simile effatum legimus in Novo Teſtamento Luc. xi: 27. Μακαρία ἡ κοιλία, ἡ βαςάσασά σε, *beatus eſt uterus, qui te geſtavit.* & Math. xiii: 16. Ὑμῶν μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι, *beati ſunt oculi veſtri, quia vident.* non tantùm oculis cordis, quibus etiam Prophetæ viderunt, ſed & corporis, quomodo *Prophetæ & juſti deſiderarunt* ἰδεῖν ἃ βλέπετε *ea videre, quæ vos videtis* v. 17. Notandum hic eſt, quod κατ' ἐξοχὴν hæc formula R. Jehoſuam fil. Chananiæ reſpiciat, qua à cœteris diſcipulis Rabban Jochanan fil. Saccai diſtinguitur in Pirke Avot cap. ii: 8. R. Jehoſua fil. Chananiæ אשרי יולדתו *beata genitrix ejus*, ſunt, qui putant ideo matrem beatam prædicari, quia illa, quum imprægnata erat, omnes Scholas civitatis, & in illis Magiſtros convenit, dicendo, בבקשה מכם בקשו רחמים על העובר הזה שבמעי שיהיה חכם *Quæſo vos, ut petatis à Deo miſericorde propter fœtum hunc, qui eſt in utero meo, ut ſapiens evadat.* Bart. ad cit. Miſn.

(5) טרקלין *diſcubitorium.* Eſt vox Græca τρικλίνιον, ſub qua hoc in loco ſtatus alterius vitæ tranquillus innuitur, de quo nemo dubitabit, præſertim ſi confert illuſtrem locum in Pirke Avot c. iv: 16: *R. Jacob dicit, mundus iſte ſimilis eſt veſtibulo ante ſeculum futurum, præpara te ipſum in veſtibulo, ut intrare poſſis* לטרקלין *in triclinium.* In quæ verba Bart. commentatur טרקלין מקום מושב המלך כך אתה התקן עצמך בעולם הזה כדי שתזכה לעולם הבא τρικλίνιον *notat ſedem regiam: ſic te ipſum in mundo hoc diſpone, ut altero dignus cenſearis.* Nec malè felicitas alterius vitæ ſub

ſub tali emblemate repræſentata, habemus quoque hujus rei veſtigia in Novo Teſtamento: Math. VIII: 11. *venientes ab ortu & occaſu* ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ *accumbent cum Abrahamo, Iſaco, & Jacobo in regno cœlorum.* Obſerva etiam טרקלין τρικλίνιον & ἀνακλίνεσθαι *accumbere.* Mater filiorum Zebedæi à Chriſto petebat ἵνα καθίσωσι *ſedeant filii ab illius dextrâ & ſiniſtrâ.* Math. XX: 21.

(6) כת שלישית *Caterva tertia.* Sic Judæi diſtinctos gradus illorum percipiunt, qui alterius vitæ participes futuri ſunt, longè enim auguſtior gloria illorum eſt, qui pertinent ad כת הראשונה *catervam primam*, quare etiam dicunt, quod alii ſplendeant ſicut ſplendor firmamenti, ſicut ſol, ſicut Luna, ſicut firmamentum, ſicut ſtella, ſicut fulgura, ſicut lilia, ſicut lampades, attamen omnes aſpectu Dei fruentur, hinc gloſſa Raſchi in genere כיתות היושבות לפני השכינה *Catervæ ſedentes coram Majeſtate Divina*, & in Midraſch Tillin fol. 113. *Sunt ſeptem catervæ ſeu claſſes juſtorum, quæ vident faciem Domini, ſedent in domo Dei, aſcendunt in montem Dei.*

(7) Dicuntur quatuor ingreſſi בפרדס in *Paradiſum.* Neminem latere poteſt, quòd Judæi per Paradiſum intelligant locum felicitati æternæ juſtorum deſtinatum, ideoque hæc Phraſis tanquam uſu inter Judæos recepta à Chriſto adhibita fuit, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, *hodie mecum eris in Paradiſo*, Luc. XXIII: 43. quam vocem Syrus Interpres retinet ܦܪܕܝܣܐ *Paradiſus.* In hac Gemara neque *Paradiſus*, neque *ingredi illum* ad literam exponendum eſt, ſed potiùs de ſubtili & cœleſti cognitione, ſecundam quam Magiſtri arcanum Opus Currus intellexerunt, Deum, ejuſque Majeſtatem ſcrutando invenire cupiverunt. Quemadmodum Raſchi & Authores Toſaphot obſervant, verba poſteriorum hæc ſunt, נכנסו לפרדס כגון על ידי שם דלא עלו למעלה ממש אלא היה נראה להם כמו שעלו *Ingreſſi ſunt Paradiſum, mediante nomine Divino, nam non ipſimet cœlum ingreſſi ſunt, ſed illis videbatur, quaſi aſcendiſſent*, unde Cabbaliſticè *Paradiſum ingredi* ſonat notitiam exactiſſimam quatuor ſcripturæ ſenſuum habere, nam ex quatuor literis פרדס ſecundum Cabbalæ

 ſpe-

ſpeciem, quæ Notarikon dicitur, quadruplex ſenſus eruitur, פ denotat פשוט *ſenſum literalem* ר innuit רמז *ſenſum exilem*, qui nullum fermè fundamentum in textu habet, ſub ד latet דרש *allegoricus*, & ſub ס intelligi debet סוד *arcanus.*

(8) *Lapides marmoris puri* מבהיק כמים צלולין *ſplendentis aquarum limpidarum inſtar* ſecundum gloſſam: Quia lapides aquæ limpidæ formam retulerunt, ideo R. Akibha cœteros monuit, ne errore hoc ſeducantur, & conſpectis lapidibus ſplendentibus exclament, מים מים *aquæ*, *aquæ* quaſi periculum inundationis immineret, ſic enim mendacia loquerentur, cum quibus tamen coram Deo non conſiſtere poſſent.

(9) הציץ *curioſè circumſpexit*, curioſiùs, quam par erat, Divinam Majeſtatem intuitus ac ſcrutatus eſt. Raſchi הציץ לצד השכינה·

(10) Studio omittimus duas quæſtiones, quarum prima eſt de caſtratione canis, an illa licita ſit, altera de virgine gravida, an illam ducere Sacerdos M. poſſit;

תנו רבנן מעשה בר' יהושע בן חנניה שהיה עומד על גב מעלה כהר הבית וראהו בן זומא ולא עמד מלפניו אמר לו מאין ולאין בן זומא אמר לו צופה הייתי בין מים העליונים למים התחתונים ואין בין זה לזה אלא שלש אצבעות בלבד שנאמר ורוח אלקים

Tradiderunt Magiſtri noſtri Hiſtoriam de R. Jehoſua fil. Chananiæ, qui in aſcenſu montis domus ſtabat, & videbat filium Sumæ, qui coram illo non ſurrexit. Dixit illi, unde venis & quò tendis? Reſpondit fil. Sumæ, intuebar, quanta diſtantia ſit ab aquis ſuperioribus & inferioribus, nec major diſtantia eſt, quàm trium digitorum, quemadmodum dicitur, Gen. 1: 2. *& Spiritus Dei ſuperficiei aquarum incubabat.* (1) ſicuti columba

ſe

מרחפת על פני המים כיונה שמרחפת על בניה ואינו נוגעת אמר להן יהושע לתלמידיו עדיין בן זומה מבחוץ מכדי ורוח אלהים מרחפת על פני המים אימת הוי ביום ראשון הבדל׳ ביום שני הוא דהואי דכתיב ויהי מבדיל בין מים למים וכמה אמר רב אחא בר יעקב כמלא נימא ורבנן אמרי כי גודא דגמלא מר זוטרא ואי׳ תימא רב אסי אמר כתרי גלימי דפריסי אהדדי ואמרי לה כתרי כסי דסחיפי אהדדי:

ſe vibrat ſuper pullos ſuos, neque illos attingit. Tunc R. Jehoſua diſcipulis ſuis dixit, fil. ſumæ adhuc foris eſt (nondum Paradiſum intravit, quia neſcit diſtantiam) quandoquidem hoc dictum, *& Spiritus Dei incubabat ſuperficiei aquarum*, contigit in die primo, ſed diſtinctio (aquarum) in ſecundo die facta eſt, quemadmodum ſcriptum eſt Gen. 1:6. *Et ſit diſtinguens inter aquas unas & alteras.* Quanta diſtantia (aquæ ab aquæ?) Dixit R. Acha fil. Jacob (diſtantia tantùm) eſt (2) latitudo fili: Rabbaniſtæ verò dixerunt, ſicut (3) aſſer pontis. Mar ſutra, & alii dicunt, R. Aſchi dixit, ſicut duo pallia, ſuper ſe invicem expanſa, & alii dicunt, ſicut (4) duo pocula ſibi invicem conduplicata.

ANNOTATIONES.

(1) Cùm רחף propriè de columbis alas ſuas ſuper pullos expandentibus dicitur, fil. Suma aſſerti ſui fundamentum hinc ſumit, ac ſi idem ſpatium interjaceat inter aquas inferiores, & ſuperiores, quæ inter columbam & pullos, dum alas vibrat, nec tamen pullos attingit. Spatium interjacens juxta Magiſtri demenſionem eſt tantùm trium digitorum, ſed rectè probatio ſententiæ hujus, tanquam inepta rejicitur, vel quomodo argumentari poteſt de diſtantia aquarum ſuperiorum ab inferioribus ex v. 2. cùm primo die, quo Spiritus Dei aquis incubabat, diſtinctio aquarum nondum facta ſit, ſed demum ſit opus alterius diei.

(2) כמלא נימא *inſtar latitudinis fili*, aut etiam pili. Adagium Judæis uſitatum, quo innuunt res ſibi maximè cohærere, nullum notabile interſtitium dari. נימא videtur eſſe Gr. *νῆμα filum* quòd à *νέω*, *neo* Germ. *Nâhen*.

(3) Gloſſa Raſchi. גורא דגמלא כשמסדרין לווחין של גשר זו אצל זו אי אפשר שלא תהא ריוח וכן גלימי וכן כסי *Aſſer pontis*, id eſt, *quando aſſeres pontis ſibi invicem conjuncti ſunt, impoſſibile eſt, ut non interſtitium quoddam ſit, ſic in expanſis palliis & conduplicatis poculis.*

(4) כתרי כסי *ſicut duo pocula*: כתרי eſt vox compoſita ex כ nota ſimilitudinis & תרי *duo*, quo in ſenſu modò ſupra ſumitur כתרי גלימי *ſicut duo pallia*, Clariſſ. Buxtorfius in Lex. Talm. pag. 1456. legit pro una voce כתרי limbi.

אחר קיצץ בנטיעות עליו
הכתוב אומר אל תתן
את פיך לחטיא את בשרך
מאי היא חזא מיטטרון
דאתיהיבא ליה רשותא
למיתב למיכתב זכוותא
דישראל אמר גמירא
דלמעלה לא הוי לא ישיבה
ולא תחרות ולא עורף ולא
עיפוי שמא חס ושלום
שתי רשויות הן אפקיהו
למיטטרון ומחיוהי שיתין
פולסי דנורא ליה מ"ט
כי חזיתיה לא קמת מקמיה
איתיהיבא ליה רשותא
למימחק זכוותא דאחר
יצתא בת קול ואמרה
שובו בנים שובבים חוץ
מאחר אמר הואיל ואיטריד
ההוא גברא מההוא עלמא
ליפוק ליתנהו בהאי עלמא
נפק אחר לתרבות רעה
נפק אשכח זונה תבעה

(1) Acher detruncavit palmites, in illum quadrat Eccleſ. v. 5. *ne permittas ori tuo, ut peccato obſtringat carnem tuam.* Quid contigit illi? Vidit (2) Metatron, cui poteſtas conceſſa eſt, ut conſideat, ac conſcribat merita Iſraëlis. (Cùm Acher hunc Angelum ſedentem vidit,) dixit; Ego edoctus ſum, quòd in cœlis non ſit, neque ſeſſio, neque contentio, neque (3) cervix, neque laſſitudo, fortaſſis, ſed venia ſit dicto, ſunt duæ (ſupremæ) poteſtates, (tunc quia occaſionem dedit errandi) eduxerunt Metatron, atque ſexaginta flagris ignis percuſſerunt, dixit quoque ad illum, quæ ratio eſt, quòd coram illo non ſurrexeris, cùm illum videbas. Sed rurſus ei poteſtas data eſt, ut deleat (4) merita Acher. Exiit etiam Batkol, dixitque *Revertimini filii averſi* excepto Acher, tunc dixit, quandoquidem vir hic ex mundo (futuro) depulſus eſt, exibit, atque ex præſente mun-

 do

אמרה ליה ולאו אלישע
בן אבויה את עקר פולגא
(ס"א פוגלא) ממישרא
בשבת והב לה אמרה אחר
הוא שאל אחר את ר"ם
לאחר שיצא לתרבות רעה
אמר ליה מאי דכתיב גם
את זה לעומת זה עשה
האלקים אמר לו כל מה
שברא הק"בה ברא כנגדו
ברא הרים ברא גבעות ברא
ימים ברא נהרות אמר לו
ר"ע רבך לא אמר כך אלא
ברא צדיקים ברא רשעים
ברא גן עדן ברא גיהנם
כל אחד ואחד יש לו שני
חלקים אחד בגן עדן ואחד
בגיהנם זכה צדיק נטל
חלקו וחלק חברו בגן
עדן נתחייב רשע נטל
חלקו וחלק חברו בגיהנם
אמר רב משרשיא מאי
קראה גבי צדיקים כתיב

do commodum capiet, tunc egreſſus eſt (5) ad progeniem malam, exiit, & invenit ſcortum, (cum quo congredi) quæſivit. Illud verò dixit, nonne tu Eliſa fil. Abujæ! Ille extraxit (6) raphanum ex areola in Sabbatho, & illi tradidit. (Rurſum meretrix) dixit: אחר alius hic eſt (ab Eliſæ fil. Abujæ.) Acher, poſtquam ſe ad progeniem malam contulerat, interrogavit R. Meir, dixit, quid ſibi vult illud ſcriptum Eccleſ. VII: 14. *etiam hoc ex adverſo illius facit Deus ipſe*? Reſpondit, omne id, quod Deus creavit, creavit etiam ex oppoſito illius, creavit montes, creavit etiam colles, creavit maria, creavit etiam fluvios. Tunc dixit (Acher) R. Akibha Magiſter tuus non ita explicavit, ſed ſic, creavit juſtos, creavit etiam improbos, creavit (7) hortum Eden (cœlum) creavit etiam Gehennam, unumquodque habet duas (oppoſitas) partes, unam in cœlo, & alteram in inferno,

לכן בארצם משנה
יירשו גבי דשעים כתיב
ומשנה שברון שברם
שאל אחר את רבי מאיר
לאחר שיצא לתרבות רעה
מאי דכתיב לא יערכנו
זהב וזכוכית ותמורתה בלי
פז אמר לו אלו דברי
תורה שקשין לקנותן ככלי
זהב וכלי פז ונוחין לאבדן
ככלי זכוכית אמר לו רבי
עקיבא רבך לא אמר כך
אלא מה כלי זהב וכלי
זכוכית אף על פי שנשברו
יש להם תקנה אף תלמיד
חכם אף על פי שסרח יש
לו תקנה אמר לו אף אתה
חזור בך אמר לו כבר
שמעתי מאחורי הפרגוד
שובו בנים שובבים חוץ
מאחר׃

no, juſtus, qui innocens eſt, alteram ſuam partem ſumit, & partem ſocii ſui, quæ illi erat in cœlo; Impius verò, qui reus eſt, accipit quoque ſuam partem, & partem ſocii ſui, quæ illi erat in Gehenna. Dixit R. Meſcharſchia, ubi ſcriptura hoc teſtatur? De juſtis dicitur Jeſ. LXI: 7. *Idcirco in terra illorum duplum hæreditario jure poſſidebunt*, de improbis verò Jer. XVII: 18. *dupla contritione frange eos*. Acher, poſtquam ſe ad progeniem malam contulerat, interrogavit R. Meir, quis ſenſus loci ſit Job. XXVIII: 17. *non poteſt ullus* (*ſapientiam*) *æſtimare auro, aut nitidiſſima gemma, nec permutationem ejus vaſe auri purgatiſſimi.* Reſpondit, innuuntur verba legis, quæ vaſe aureo cariora ſunt, imo vaſe ex auro puriſſimo conſtante, ſed faciliter amittuntur, ſicut gemma nitidiſſima. (Acher) dixit illi, R. Akibha Magiſter tuus non tali modo explicuit, ſed hoc, quid vas aureum, & gemma nitidiſſima? quamvis confringantur, eſt tamen illis me-

medela, ita diſcipulus, quamvis defecit, reſtitui poteſt: Tunc dixit illi, redi tu quoque. Reſpondit, ego jam (8) poſt aulæum audivi, *revertimini filii averſi* excepto Acher.

ANNOTATIONES.

(1) Frequens in Judæorum æquè ac Chriſtianorum ſcriptis hujus Acher mentio occurrit, nam ſunt in vita atque doctrina ejus quædam notanda, quæ rarò inter Judæos incidunt. Ordiamur à nomine; nomen illi eſt אחר Acher Lat. *alius*, quod nomen tamen illi non inditum erat in circumciſione, primò enim vocabatur Eliſa fil. Abujæ, uti in Gemma meretrix illum alloquitur. *Nonne tu Eliſa fil. Abujæ?* Hinc ſimul patet, quæ ratio immutationis nominis ſit, nam cùm priùs meretrix noverat Eliſam fil. Abujæ eſſe non mediocriter doctum, in legibus Judaicis obſervandis tenacem, viderat poſtea illum leges ſolvere, *in ipſo Sabbatho*, quod lege cautum erat, *ex areola raphanum extrahere* ideo nominavit illum אחר *alium*, qui priorem ſuam vitam factis contrariis abnegat. In Sohar & Talmude Hieroſ. hæc mutati nominis ratio dicitur שחשב שיש שתי רשויות *quia opinabatur duo eſſe rerum principia*, vel ut alii exiſtimant, *quòd, cùm Judaicæ Religioni nuntium remiſerit, atque adeo omnibus ſe flagitiis dederit, inde factum, ut Alius appellaretur*: uti Compiegne de Veil in Catechiſ. Jud. Authores Toſaphot annotant inſolitum illi contigiſſe, *quum adhuc in utero matris deliteſcebat, tranſiit mater per fanum Ethnicum, & odorata eſt ſpeciem* (exſtat מין, *denotat etiam hæreſin*) *de qua comedit, & hæc ſpecies* מורשע *tremuit in corpore, ſicut nubes.* Ita iſta die, quum circumcidebatur, atque Pater convivium prò more ſolito amicis habebat, notabile factum eſt, ut ignis de cœlo deſcenderit. Hæc & plura alia apud citatos Authores Toſaphot reperies. Hac vice illud tantùm, quòd in Gemara de detruncatione palmitum in Paradiſo exſtat, ex gloſſa Raſchi ad elucidationem

tionem afferemus אחר קיצץ בנטיעות קילקל ועיות כנכנס לפרדס ומקצץ הנטיעות ולפי שרוס׳ אותן בתחלת הדברים לנכנס לפרדס נקט לישנא דקיצץ בנטיעות *Acher detruncavit palmites*, id eſt, *corrupit & pervertit* (dogma de una ſuprema poteſtate) *ſicut is, qui hortum amœnum intrat, & plantas excidit, & cùm primò comparationem inſtituerit cum ingrediente in Paradiſum, hunc morem loquendi adhibuit, detruncavit palmites.*

(2) Juxta Judæos Acher anſam errandi & de duabus ſupremis poteſtatibus cogitandi ſumſit, quia Angelum, nomine Metatron, ſedentem vidit, putavit enim nemini præter Deum licentiam ſedendi in cœlo datam fuiſſe. Jam dudum Viri inſigniter docti annotarunt, quòd Angelus hic à Veteribus Judæis, veram fidem profitentibus, pro Magno Fœderis æterni Angelo habitus fuerit, pro Angelo increato, qui Deus eſt, ad quod probandum plurima teſtimonia ex antiquiſſimis, & probatiſſimis Judæorum ſcriptoribus indefeſſâ diligentiâ collecta ſunt, inſpiciatur *Buxtorf.* Lex Thalm. p. 1192. *Cartwrigth.* Annot. in Exod. c. 23. *Coccejus* in Sanh. p. 233. ut & *Clariſſ. Witſius* in Exercit. Acad. de Michaele n. 5. Varii variam nominis מטטרון *Metatron* derivationem inſtituunt. R. Bechai in Comment. in Exod. triplicis meminit I. habet ſignificatum *Domini* ex ſermone Rabbinorum, qui heram vocant מטרונה *Matronam*. II. *Legati*, ex ſermone Græcorum, qui vocant Legatum מנטטור (ſi rectè conjicio, inquit Buxtorfius, reſpicit ad μηνυτὴς Nuncius, Nunciator, quod poëticè dicitur μηνύτωρ.) III. *Cuſtodis*, ex Chald. נטר cuſtodire IV. ſecundum alios ſignificatum habet *Mediatoris*, *quem Sacræ literæ Michaelem, Magiſtri Metatron vocant, fortaſſe nomine corrupto ex Latino Mediatoris*, ait *Clariſſ. Witſ.* l. c. V. *Metatoris*, præcurſoris, quas partes Angelus hic populo Iſraelitico implevit, ceu quibus dux viæ in deſerto extitit, cui ſententiæ accedunt, *Buxtorf. Coccejus.* Quum hæc facili modo ad Chriſtum applicari poſſint, ſtatim ad cognoſcenda illuſtria prædicata hujus Angeli in Gemara & alibi memorata procedam. In Gemara dicitur, quòd Angelo Metatron *poteſtas conceſſa, ut conſideat, ac conſcribat merita Iſraëlis*, quum cæteri Angeli ſtare debeant, nam dicitur quòd in

cœlis לא ישיבה *nulla ſeſſio* ſit, ab hac dignitate Metatron vocatur ספרא רבא *Scriba Magnus.* Dicitur quoque, quòd merita Acher deleta fuerint, ipſique reſipiſcentia planè negata, quia ob errorem ſuum Angelus Metatron ſexaginta flagris ignis percuſſus fuit. Eundem eſſe Judæi volunt cum Angelo, in cujus medio nomen Adonai eſt Exod. XXIII: 22. quem unanimiter Chriſtum eſſe confitemur. Raſchi ad hunc loc. כי שמי משותף בו ורבותינו אמרו זה מטטרון ששמו בשם רבו מטטרון בגימטריא שדי *quia nomen meum ſociatum eſt eum eo, cujus nomen eſt, ſicut nomen Magiſtri ſui, Metatron per Gematriam idem valet ac* שדי *Schaddai* (ſcil. 314.) Aben Eſra in Comment. refutat illos, qui per Angelum hunc intelligunt aut ספר תורה *librum legis*, aut ארון הברית *arcam fœderis*, contrà eundem eſſe dicit cum Angelo הגואל, *qui liberat ab omni malo* Gen. XLVIII: 16. & *Angelo facierum* Jeſ. LXIII: 9. Eſt idem cum Michaele, de quo ſupra. Si quis hæc elogia cum dictis Scripturæ confert, amabilem Harmoniam repeeriet, luculenta Antiquæ fidei Judaicæ teſtimonia cognoſcet, vel nonne eadem in ſacris de Chriſto legimus? cui ob redemtionis ſuæ pretium perfectiſſimum poteſtas conceſſa, ut ad dextram Dei conſideat Eph. 1: 20. ubi merita noſtra quæ ipſe nobis promeruit, ſanguine ſuo conſignata ſunt. אחרים *Alii*, qui à priore veræ cognitionis & Sanctæ vitæ ſtatu recedunt, qui cùm ſemel illuſtrati, rurſum relabuntur, qui Filium Dei crucifigere, & ignominiæ exponere volunt, illi ad reſipiſcentiam renovari non poſſunt. In illius medio eſt nomen Dei; habet eandem vitam cum Patre & Spiritu Sancto, eſt pariter verus Deus, cui ad perfectiones ſuas nihil deeſt &c. Nemo cum ratione in malam partem accipere poterit, ſi quis in vetuſtis Hebræorum dictis λείψανα veræ fidei inveſtigat, illis enim priùs concredita fuit cognitio de Meſſia, ejus perſona, ſtatu, officio & Majeſtate, quamvis illa per judicium Dei tremendum miſerè à recentioribus depravata ſit, præſertim quoad ea, quæ nobis favere videntur, qua ex cauſa fortè adducti Authores Toſaphot hanc gloſſam adjiciunt ומחיוהו שיתין פולסין להודיע לו בשאין יכולת למטטרון יותר מאחרינא *& percuſſerunt eum* (Metatron) *ſexaginta*

flagris

flagris ignis, ut innoteſcat, illum non majore potentia pollere, quàm alios (Angelos.)

(3) Gloſſa Raſchi. לא עורף דבכל צידיהן יש להם פנים *non habent cervicem, quia ab omni latere habent facies,* quemadmodum etiam Ezechiel teſtatur, quòd *quaterni vultus ſint unicuique* Ezech. I: 6.

(4) למימחק זכוותא דאחר, *ut deleat merita Acher.* Hæc verba conjungenda, aliter contra mentem Gemaræ verteremus: Incomparabilis Buxtorfius diviſim legit in Lex. Thalm. p. 1193. למימחק זכוותא *delere merita ipſorum* (Iſraelitarum) ſed ex ſerie antecedentium & conſequentium cuilibet notum, hæc verba ſcopum non attingere, dixit enim, ut Judæi fingunt, Bathkol; *Revertimini filii averſi* excepto Acher, itaque ſolius Acher merita deleta ſunt. Ita quoque ſimpliciter exſtat זכוותא דאחר *merita Acher,* non verò זכוותיהן vel זכוותא דישראל *merita illorum,* vel *merita Iſraelis.*

(5) תרבות רעה *Progenies mala.* Correſpondet Phraſi N. Teſtamenti Math. XVI: 4. γενεὰ πονηρὰ *progenies mala* Syrus ܫܪܒܬܐ ܒܝܫܬܐ *Generatio mala.* ש litera ſibilans mutatur in ת mutam literam. Eſt tale hominum genus, quod omnibus flagitiis coopertum, legibus & imperio ſolutum vivit, quod naturam humanam & manſuetam exuit, & feræ inſtar degit, nam hanc Emphaſin תרבות רעה *progenies mala* habet, undè ex adverſo בני תרבות *animalia cicurata* intelliguntur.

(6) Gemara legit פולגא. Raſchi פוגלא *raphanus.*

(7) גן עדן *Hortus Eden.* Patet ex oppoſitione *Gehennæ,* quid intelligendum ſit per hortum Eden, locus ſcil. juſtorum conſummatorum; Etenim Judæi quoque agnoſcunt hortum hunc amœniſſimum illuſtrem cœli typum geſſiſſe. Eſajas ad ſummam felicitatem exprimendam ſimilitudinem horti Eden adhibet cap. LI: 3. *Adonai Zionem conſolabitur, conſolabitur omnia loca vaſtata ejus, faciet deſertum ejus* כעדן *ſicut Eden & ſolitudinem ejus* כגן יהוה *ſicut hortum Adonai, gaudium & lætitia invenientur mihi, confeſſio, & vox cantûs.*

(8) מאחורי הפרגוד *poſt velum.* Buxtorf. explicat per *clanculum*, ſecretò. Authores Toſaphot aliam lectionem citant, quæ forte in Talmude Hieroſolymitano exſtat, ſcil. מאחורי בית קדשי קדשים *poſt Sanctum Sanctorum.*

תנו רבנן מעשה באחר שהיה רוכב על הסוס בשבת והיה ר׳ מאיר מהלך אחריו ללמוד תורה מפיו אמר לו מאיר חזור לאחריך שכבר שיערתי בעקבי סוסי עד כאן תחום שבת אף אתה חזור בך ולא כבר אמרתי לך כבר שמעתי מאחורי הפרגוד שובו בנים שובבים חוץ מאחר תקפיה עייליה לבי מדרשא אמר ליה לינוקא פסוק לי פסוקך אמר לו אין שלום אמר ה׳ לרשעים עייליה לבי כנישתא אחריתי אמר ליה לינוקא פסוק לי פסוקך אמר לו כי אם תכבסי בנתר ותרבי לך בורית נכתם עונך לפני עיילית לבי כנישתא אחריתי אמר ליה לינוקא פסוק לי פסוקך אמר ליה ואת

Tradiderunt Magiſtri Hiſtoriam de Acher, qui (1) Sabbatho equitabat, ſecutus eſt illum R. Meir, ut diſceret legem ex ore illius. Acher illum alloquebatur, dicendo; Meir revertere, nam jam metitus ſum pedibus equi mei, quouſque (2) terminus Sabbathi ſe extendat. (Tunc quoque R. Meir) dixit, etiam tu revertere. Reſp. nonne jam dixi tibi, me poſt velum audiviſſe, *revertimini filii averſi* excepto Acher. (Meir) precibus tandem prævaluit, illumque in Scholam duxit, ubi Acher ad puerum dicebat, recita mihi verſum tuum. Reſpondit ex Jeſ. LVII: 21. *Nulla eſt pax, inquit Deus meus, improbis.* (R. Meir) duxit illum in aliam Synagogam, in qua (iterum Acher) ad puerum dixit, recita mihi verſum tuum: recitavit ex Jer. II: 22. *quod ſi te nitro ablueres, & plu-*

שדוד מה תעשי כי תלבשי שני כי תעדי עדי זהב כי תקרעי בפוך עיניך לשוא תתיפי וג"ו עייליה לבי כנישתא אחריתי . עד דעייליה לתליסר בי כנישתי כולהו פסקו ליה כי האי גוונא לבתרא אמר ליה ולרשע אמר אלקים מה לך לספר חקי וגומר ההוא ינוקא הוה מגמגם בלישניה אשתמע כמה דאמר ליה ולאלישע אמר אלקים איכא דאמרי סכינא הוה בהדיה וקרעיה ושדריה לתליסר בי כנישתי ואיכא דאמרי אמר אי הואי בידי סכינא הוה קרענא ליה כי נח נפשיה דאחר אמרי לא מידן לידייניה ולא דעלמא

plurimùm ſmegmatis tibi ad hæreres, obducit ſe auro inſigni iniquitas tua coram me. Rurſum in aliam Synagogam duxit, & (Acher) dixit ad puerum, recita mihi verſum tuum: Recitavit ex Jer. IV: 30. *tu, qui vaſtatus, quid facis, quod dibapho te in duis, quod ornas te ornatu aureo, quòd laceras fuco oculos tuos? in vanum reddis te pulchrum* &c. Porrò (R. Meir) duxit Acher in Synagogas, uſque quo in decimam tertiam venit, & in omnibus ad hunc modum reſponſiones tulit, in ultima quoque dicebat, recita mihi verſum tuum: recitavit ex Pſ. L: 16. ולרשע (3) *& improbo dicit Deus. Quid tua, ut enarres decreta mea, & aſſumas fœdus meum in ore tuo* &c. Puer hic lingua ſua balbutiebat, & ideo ſonabat, quaſi dixiſſet. ולאלישע *& Eliſæo dixit Deus* (pro eo, quod exſtat, *& improbo* dixit.) Sunt qui dicunt, quòd cultrum ſecum habuerit, & puerum laceraverit, miſeritque in (4) tre-

דאתי ליתי לא מידן
לידייניה משום דעסק
באוריתא ולא לעלמא
דאתי ליתי משום דחטא אמר
ר׳ מאיר מוטב דלידייניה
וליתי לעלמא דאתי מתי
אמות ואעלה עשן מקברו
כי נח נפשיה דרבי מאיר
סליק קוטרא מקבריה
דאחר אמר רבי יוחנן
גבורתא למיקלא רביה חד
הוה ביננא ולא מצינן
לאצוליה אי נקטיה ביד
מאן מרמי ליה מאן אמר
מתי אמות ואכבה עשן
מקברו כי נח נפשיה דרבי
יוחנן פסק קוטרא מקבריה
דאחר פתח עליה ההוא
ספדנא אפילו שומר
הפתח לא עמד לפניך
רבינו׃

decim iſtas Synagogas; ſunt tamen etiam alii, qui dicunt, Acher tantùm dixiſſe, ſi mihi culter eſſet, ego illum lacerarem. Mortuo Acher (in cœlis) dicebant, non poſſumus hunc Acher judicare, neque poſſumus ad ſeculum futurum perducere, non poſſumus illum judicare, quia (5) legi operam dedit, neque poſſumus perducere ad ſeculum futurum, quia peccavit. Dixit R. Meir, præſtat, ut judicetur, atque (poſtea) ad ſeculum futurum perducatur: Et quando moriar, ego tunc (6) (fumum ſuper ſepulchrum aſcendere) faciam, quum verò R. Meir mortuus eſt, fumus à ſepulchro Acher aſcendit. Dixit R. Jochanan, an illi potentia eſt incendendi (fecit enim aſcendere fumum.) Unus Magiſter fuit inter nos, neque illum protegere potuimus, ſi illum manu prehendero, quis mihi illum eripiet, dixit, ecquando moriar, ut fumum ab illius ſepulchro extinguam, quum R. Jochanan mortuus eſt, fumus à ſepul-

ſepulchro Acher ceſſavit: Incepit (7) lamentator de illo dicere, etiam ipſe cuſtos januæ (in Gehenna) coram te, Magiſter noſter, non conſiſtet.

ANNOTATIONES.

(1) Facinus Acher contrarium eſt ſancitis Rabbinorum, ſecundum quæ equo aut alio animali vehi in Sabbatho interdictum eſt. Sic in Beza fol. 36. 2. *nullis vehuntur animalibus; ne ſcil. exeant ultra limites, nam illæ*, ut Gloſſa obſervat, *qui pedibus non ambulat, non videt* סימני תחומין *ſigna limitum*, & ita facilè tranſilit. Memini me aliam interdicti rationem legiſſe, veluti quòd iſte, qui extra urbem equitat, ad gradum promovendum virgam vellere nonnunquam ſoleat, ſed qui hoc facit, leges Sabbathi ſecundum Judæos violat. Etiam Authores Toſaphot memorant, quòd Acher in die expiationum quodam, qui in Sabbathum incidebat, animali inſederit.

(2) תחום שבת, *terminus Sabbathi.* Acher dicebat ad R. Meir, revertere, nam terminus Sabbathi lege circumſcriptus finitus eſt, tibi, qui rigorem Legis obſervas, non licitum eſt me ultra ſequi. Neminem fugit, quòd Judæis in Sabbatho certus, atque fixus terminus, ſtatutus ſit, quem transgredi abſque læſione legis non poterant; Terminus ille emetiebatur bis mille, paſſus vel juxta alios bis mille cubitos, quæ unum milliare conficiunt. Maimon tract. de Sabbatho c. 27. מדברי סופרים שלא יצא אדם חוץ לעיר אלא עד אלפים אמה אבל חוץ לאלפיים אמה אסור *Statutum ſcribarum eſt, ne homo exeat extra urbem ultra bis mille cubitos, nam extra bis mille cubitos exire prohibitum eſt.* Hinc noſſe potes ſpatium itineri Sabbatici Act. 1: 12. σαββάτου ἔχον ὁδόν.

(3) Puer hic ob linguæ vitium, quod in pronunciatione literæ ר r pluribus adhæret, balbutiebat, itaque quum ex Pſ. L: 17. recitare vellet ולרשע *& improbo dicit Deus, Quid tua &c.*

Acher,

Acher, qui priùs Eliſæus vocatus, intellexit, quod dixerit ולאלישע *& Eliſæo dicit Deus; Quid tua* &c.

(4) Non abſimile factum legimus in Sacris de Levita peregrinante Jud. XIX: 29. *qui domum ingreſſus, ſumſit* המאכלת (*Gem.* סכינא) *cultrum, prehendit concubinam ſuam, & diviſit oſſa ejus in duodecim membra, miſitque eam per totum terminum Iſraelis.* Referuut quoque Authores Toſaphot de impietate Acher, quæ tanta fuerit, ut כל תלמיד דהוה חמי לה הוה קטיל *omnem diſcipulum, quem viderat, occiderit.*

(5) Volunt Judæi quidam, notitiam divinæ Legis in quovis homine, etiam peccatore, tantam efficaciam relinquere, ut ignis Gehennæ nullum damnum illis inferre valeat, quaſi אור תורה *lux ſeu ignis legis* extinguat vim אור של גיהנם *ignem Gehennæ.* In fine Cod. hujus legimus תלמיד חכם אין אור של גיהנם שולטת בהן וכ"ו אין אור שולטת בו תלמידי חכמים שכל גופן אש דכתיב הלא כה דברי כאש נאם ה' על אחת כמה וכמה אמר ריש לקיש אין אור של גיהנם שולטת בפושעי ישראל *In diſcipulo Sapientis ignis Gehennæ non dominatur &c.* nam *diſcipulorum ſapientum totum corpus igneum eſt* (ex notitia legis, quæ igne comparatur) *uti dicitur* Jer. XXIII: 29. *Annon ita verbum meum eſt; ut ignis, dictum Adonai; quantò magis (non dominatur ignis in diſcipulis ſapientum) Dixit Riſch Lakiſch ignis Gehennæ nullum dominium exercet in prævaricatoribus Iſraëlis.*

(6) R. Meir, qui diſcipulus hujus Acher erat, illum fuſè diligebat, atque ad meliorem frugem reducere ſæpius laborabat, imò, quum jam mortuus erat, fumum, ut Gemara vult, ſuper ſepulchrum ejus aſcendere faciebat ad ſeculi futuri participationem illum perducere omni niſu contendebat. Hiſtoriam paulò prolixiús Authores Toſaphot recenſent. Brevitatis cauſa verba nonniſi Latinè ſubjiciam: *Deſcendit ignis de cœlo, atque illum (Acher) combuſſit; Dixit R. Meir, Ecce ſepulchrum, Magiſter mi, & pallium ſuum ſuper illud extendit, dixitque, Ruth.* III: 13. *pernocta hic hac nocte* &c. ideſt, *pernocta hic in hoc mundo, qui nocti ſimilis eſt, & erit in craſtino die, id eſt, in ſeculo futuro, ſi redemerit te bonus, redimat iſte, hic eſt Deus O. M. quemadmodum dicitur Bonus eſt Adonai omnibus* Pſ.

Pſ. CXLV: 9. *ſin autem noluerit redimere te, ego te redimam.* Comparat inſuper R. Meir Magiſtrum ſuum thecæ, in qua liber legis repoſitus, jam ſi incendium oritur, theca unâ cum libro ex igne eripitur: Ita quoque Acher, qui exactam Legis notitiam habebat, igni Gehennæ non committendus eſt. לא כן תנינן מצילין תיק הספר עם הספר מצילין אלישע בזכות תורתו *Annon ita legimus, eripimus* (ex incendio) *thecam cum libro, ſic Eliſæum cum dignitate Legis eripiemus.*

(7) ספדנא *Lamentator*, qui conſtitutus erat, ut in honorem defuncti Orationem funebrem diceret; atque illius virtutes in conſolationem ſuperſtitum deſcriberet. Talem lamentatorem habuit R. Jochanan, qui tantam Magiſtri hujus efficaciam celebravit, ut cuſtos judicandorum coram illo conſiſtere non potuerit, quippe Acher, qui in carcere detentus erat, vi ereptus fuit. Sic funus Rabbinorum celebrare frequentiſſimum erat, ut exempla ſub rad. ספר Cl. Buxtorf. citat. Hoc unicum propter elegantiam adducam, בכו לאבלים ולא לאבידה שהוא למנוחו ואנו לאנחה *Deflete lugentes, non vero defunctum, ipſe enim eſt in requie, nos vero in luctu.*

בתו של אחר אתיה לקמיה דרבי אמרה ליה פרנסני אמר לה בת מי את אמרה לו בתו של אחר אני אמר לה עדיין יש מזרעו בעולם והא כתיב לא נין לו ולא נכד בעמו ואין שריד במגוריו אמרה לו זכור להורתו ואל תזכור מעשיו מיד ירדה אש וסכסכה

Filia hujus Acher veniebat coram Ribbi, dicebatque ad illum, ciba me. Tunc quæſivit ab illa, (dic mihi) cujus filia es? R. Ego ſum filia Acher. Ad hæc Ribbi, An adhuc reliquum eſt de ſemine ejus in mundo, cùm ſcriptum ſit Job XVIII: 19. *neque filius ei, neque nepos in populo ejus, neque ſuperſtes ullus eſt in habitationibus ejus.* Reſpondit illa, memor ſis legis (quam accuratè

ספסלו של רבי גבה ואמר
ר׳ ומה למתגנין בה כך
למשתבחין בה על אחת
כמה וכמה ורבי מאיר היכי
גמר תורה מפומיה דאחר
והאמר רבה בר בר חנה
אמר רבי יוחנן מאי דכתיב
כי שפתי כהן ישמרו דעת
ותורה יבקשו מפיהו כי
מלאך ה׳ צבאות הוא אם
דומה הרב למלאך ה׳ יבקשו
תורה מפיהו ואם לאו אל
יבקשו תורה מפיהו אמר
ריש לקיש רבי מאיר קרא
אשכח ודרש הט אזנך
ושמע דברי חכמים ולבך
תשית לדעתי לדעתם לא
נאמר אלא לדעתי רב
חנינ׳ אמר מהכא שמעי
בת וראי והטי אזנך ושכחי
עמך ובית אביך וג״ו קשו
קראי אהדדי לא קשיא הא
בגדול הא בקטן כי אתא

ratè novit) ſed noli meminiſſe operum illius; & ſtatim ignis deſcendit, qui ſedile illius aduſſit. Flevit, dixitque Ribbi, quòd ſi ita pro his, qui ignominia afficiunt legem (gloriam oſtendis) quantò magis oſtendes pro illis, qui illam laudant. Quo jure potuit R. Meir legem addiſcere ex ore Acher? Dixit Rabba bar bar Chana, quòd dixerit R. Jochanan: quid ſcriptum eſt Malach. II: 7. *Labia ſacerdotis obſervant ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, nam Angelus Adonai exercituum eſt.* Si Magiſter ſimilis eſt Angelo Adonai exercituum, tum legem ab ore ejus requirent, ſi verò non ſimilis ſit, tum quoque non requirent legem ab ore ejus. Dixit Riſch Lakiſch, R. Meir locum ſcripturæ invenit, (quo factum ſuum excuſat) illumque expoſuit Prov. XXII: 17. *Inclina aurem tuam, & auſculta verbis Sapientum & animam tuam adhibe ad ſcientiam meam,* (1) non dicitur ad ſcientiam illorum,

רב דומי אמר אמרי
במערבא רבי מאיר אכל
תחלא ושדא שיחלא לברא
דרש רבא מאי דכתיב אל
גינת אגוז ירדתי לראות
באיבי הנחל וגומר למה
נמשלו תלמידי חכמים לאגוז
לומר לך מה אגוז זה
אף על פי שמלוכלך בטיט
ובצואה אין מה שבתוכו
נמאס אף תלמיד חכם
אף על פי שסרח אין תורתו
נמאסת אשכחיה רבה בר
שילא לאליהו אמר ליה
מאי קאי עביד הק"בה א"ל
קאמר שמעתא מפומייהו
דכולהו רבנן ומפומיה
דרבי מאיר לא קאמר אמר
ליה אמאי משום דקא
גמר שמעתא מפומיה
דאחר א"ל אמאי ר' מאיר
רימון מצא תוכו אכל
קליפתו זרק אמר ליה
השתא דאמר מאיר בני
אומר בזמן שאדם מצטער
שכינה מה לשון אומרה

lorum, ſed ad ſcientiam meam. R. Chanina dixit, hinc Meir (factum ſuum excuſavit,) quia dicitur Pſ. XLV: II. *Audi filia, ac vide, & inclina aurem tuam,* (2) *obliviſcereque populi tui, & domus paternæ tuæ.* Ita loca erunt ſibi invicem oppoſita: Neg. nam (3) hic, (quando dicitur inclina aurem tuam) refertur ad eruditum. Sed hic (quando non licet legem ab ore improbi requirere) refertur ad ignarum. Quum R. Dimi (ex terra Iſraelis) venerat, dixerat. In Occaſu dicunt, R. Meir (4) comedit dactylos & abjecit grana foras. Expoſuit Raba, quid ſcriptum eſt Cant. VI. *ad hortum nucis deſcendi, ad inſpiciendum virentes plantas vallis* &c. Quare diſcipuli ſapientum aſſimilantur nuci? Ideo, ut ſciamus, quod nux, quamvis (ab exteriori parte) luto & excremento inquinata ſit, nihilominus non faſtidiatur, ita diſcipulus ſapientis, quamvis defecit, lex illius

קלני מראשי קלני מזרועי אם כך הקדוש ברוך הוא מצטער על דמן של רשעים קל וחמר על דמן של צדיקים שנשפך·

non faſtidienda eſt. Invenit Rabba fil. Silæ (5) Eliam, rogavitque illum: Quid Deus O. M. facit? R. repetit ſententias, quæ ex ore omnium Magiſtrorum egrediebantur, non tamen illas, quas dixit R. Meir. Quare? Quia illas ex ore Acher didicit. Verùm, (inquit Rabba fil. Silæ) R. Meir malogranatum invenit, partem interiorem comedit, & corticem abjecit. Tunc (Elias) dixit: (6) A nunc Deus dicit, Meir filius meus dicit: Eo tempore, quo homo mœrore affligitur, quibus verbis Deus utitur? (7) Grave eſt caput meum, grave eſt brachium meum; Si Deus O. M. tali mœrore afficitur ob ſanguinem improborum, quali non afficitur ob ſanguinem juſtorum, qui effunditur.

ANNOTATIONES.

(1) Conſtat ex præcedentibus, quemadmodum Gemara ex *Malach.* II: 7. probet, Magiſtrum illum, à cujus ore verba audienda ſunt, ſimilem eſſe debere Angelo Adonai exercituum, id eſt, ut Kimch. in h. l., *legato Dei O. M. qui Iſraelem verba Dei edoceat*, Jam quum Acher in vita ſua nihil minus fuit, quàm legatus Dei, quæritur, qua cum ratione R. Meir legem ex illius ore didicerit? Reſpondit R. Meir, & facti ſui fundamentum quærit in Prov. XXIII: 17. quando Deus præcipit *aures inclinare ad verba Sapientum, modò animus ad cognitionem* Dei diſpoſitus ſit, licitum quidem eſſe, aures arrigere ad verba ſapientum, at animum dirigendum ad cognoſcendum Deum & operibus ſuis ſanctificandum, non vero malos Magiſtrorum mores.

res imitandos eſſe. Ita Raſchi Emphaticè intelligit ולבך תשית לדעתי ואם רבך רשע לא תלמוד ממעשיו *& animum tuum ad cognitionem meam adhibe, ut, ſi Rabbinus tuus impius ſit, operibus ejus non aſſueſcas.*

(2) Gloſſa Raſchi. את מעשיהם שכחי ואל תלמדי אותן *opera illorum obliviſcere, neque illa addiſce.*

(3) הא בגדול הא בקטן *ad literam ita vertendum.* Hoc de magno, illud de parvo intelligendum. Per magnum intelligitur היודע ליזהר במעשיו יכול ללמוד תורה מפיו *qui novit evitare opera* (Magiſtri mala) *poteſt legem ex ore illius addiſcere.* (& ideo) objicitur exemplum R. Jehuda in Moed. Koton c. ult. qui diſcipulos excommunicavit, eò quòd Magiſtro infami uſi fuerint, ergò non licitum eſt auſcultare verba Magiſtri facineroſi. Reſpondent dupliciter Authores Toſaphot; vel diſcipuli hi indocti fuerunt, & ideo timendum erat, ne à Magiſtro ſeducerentur vel, ſi eruditi fuerunt, R. Jehuda מצא מקום לנדותו ובדין היה כיון דסנו שומעניה ſufficientem *excommunicationis cauſam reperuit, & æquum erat, quandoquidem* (Magiſter) *malè audiit.*

(4) Proverbium in illos dictum, qui ex Authoribus & libris malis bona cum judicio excerpunt, ita ut mala nullam ſeductionis vim in illorum animis reliquerint. תחלא juxta Raſchi eſt פרי החיצון הנאכל בתמרה *fructus interior, qui cum Dactylo comeditur.* שיחלא *verò eſt* גרעינא הנזרקת *granum, quod abjicitur.*

(5) Sæpiſſimè Judæi tales apparitiones Eliæ ſingunt, veluti in Sanhedrin c. XI. ריב״ל אשכחיה לאליהו *R. Joſua fil. Levi invenit Eliam ſtantem ad ingreſſum Paradiſi,* & ſtatim. *R. Joſua fil. Levi reperit Eliam ſtantem ad os ſpeluncæ R. Joſuæ fil. Jochai.* Solent Rabbini ferè ſemper in his apparitionibus ſolutionem quæſtionum intricatarum ab illo quærere, uti in Gemara noſtra. *Quid Deus O. M. facit?* Ita quoque in l. c. ex Sanh. אימת אתי משיח *Quando Meſſias veniet?* &c. agnoſcunt enim Judæi Eliam, rerum difficilium explanatorem, qui antequam Meſſias venturus ſit, impedimenta notitiæ quælibet è medio auferet, hinc tam notum in Talmude eſt, ut nonniſi literas initiales ponant תיקו id eſt, תשבי יתרץ קשיות ובעיות *Tiſchbi* (qui eſt Elias) *ſolvet objectiones & quæſtiones* Chag. fol. IV. c. I. &c.

 (6) Gloſſa

(6) Gloſſa Raſchi: עכשיו שמע לקולך ואמר שמועה מפיו *jam (Deus) auſcultavit ad vocem tuam, atque ſententiam ex ore (R. Meir) dixit.*

(7) קלני מראשי propriè *ego levis ſum à capite meo.* Quamvis vox קל levitatem denotat; attamen contrarium levitatis, gravitatem ſcil. Gemariſtæ hic intelligunt, ſolent enim, quando de Deo ſermo eſt, לשון נקייה *ſermonem honeſtum* adhibere, ac ſi gravitas minus rectè de Deo dicatur. Gloſſa קלני explicat per כבד אני *ego gravis ſum.*

אשכחיה שמואל לרב יהודה דתלי בעיברא דדשא וקא בכי אמר ליה שיננא אמאי קא בכית א"ל מי זוטרא מאי דכתיב בהו ברבנן איה סופר איה שוקל איה סופר את המגדלים איה סופר שהיו סופרין כל אותיות שבתורה איה שוקל שהיו שוקלין קלין וחמורין שבתורה איה סופר את המגדלים שהיו שונין שלש מאות הלכות במגדל הפורח באויר ואמר ר' אמי תלת מאה בעיי בעו דואג

Schemuel invenit R. Jehudam, qui ſe fulciebat in repagulo januæ, flebatque, atque dicebat. (1) Tu, qui tanti acuminis vir es, quare (2) fles? Reſp. An hoc parum eſt, quod ſcribitur de (3) Rabbaniſtis Jeſ. XXXIII: 18. (4) *Ubi ſcriba? ubi penſator? ubi numerans turres? Ubi eſt ſcriba?* Intelliguntur Scribæ, qui omnes literas, quæ in lege exſtant, numerant. *Ubi eſt penſator?* Intelliguntur illi, (5) qui expendunt levia & gravia Legis. *Ubi eſt numerans turres?* Intelliguntur illi, qui norunt trecentas deciſiones juris, (6) de turre volante in aëre. Et dixit R. Ammi, Doeg & Achitophel trecentas quæſtiones quæſiverunt de

ואחיתופל במגדל הפורח
באויר ותנן שלשה מלכים
וארבעה הדיוטות אין
להם חלק לעולם הבא
אנן מה תהוי עלן א"ל
שיננא טינא היתה בלבם
אחר מאי זמר יווני לא
פסק מפומיה אמרו עליו
על אחר בשעה שהיה
עומד מבית המדרש הרבה
ספרי מינין נושרין מחיקו
שאל נימוס הגרדי את רבי
מאיר כל עמר דנחית
ליורה סליק א"ל כל מאן
דהוה נקי אגב אימיה
סליק כל דלא הוה נקי
אגב אימיה לא סליק·

de turre volante in aëre. Traditum eſt, quod fuerint tres Reges & quatuor (7) Idiotæ & tamen nullam partem in ſeculo futuro habeant, quid igitur nobis obtinget? Tunc ille dixit; Tu, qui tanti acuminis vir es, (neſcis,) quòd inquinamentum fuerit in corde illorum. (8) Quid Acher? Cecinit carmen Græcum, quod non ceſſabat ab ore illius. Referunt quoque de Acher, quòd, quum aliquo tempore è ſchola ſurgeret, plurimi libri Hæretici ſinu ejus exciderint. Interrogavit (9) Nimus Textor hunc R. Meir, an (10) omnis lana, quæ in ahenum demittitur, aſcendit? Reſp. omnis iſta, quæ pura eſt ab utero matris ſuæ, aſcendit, & omnis iſta, quæ non pura eſt ab utero matris ſuæ, non aſcendit.

A N.

ANNOTATIONES.

(1) Sic ſemper R. Schemuel vocare ſolebat R. Jehudam, quemadmodum in Halic. Olam. obſervatur שמואל הוה רגיל לקרוא לרב יהודה תלמידו שיננא ור"ל שיננא חכם מחודד *Schemueli moris erat, ut M. Jehudam diſcipulum ſuum, vocaret Scheninam, ac ſi dicas ſapiens magni acuminis.* Non ita tamen perpetuò huic Magiſtro accommodatur, contrarium Exemplum in R. Ammi exſtat, qui quoque שיננא vocatur.

(2) Plurima exempla Magiſtrorum in Talmude proſtant, qui occaſione loci ſcripturæ flebant, inſpice in ipſo hoc Cod. fol. IV. & V. ſuffecerit unum. *R. Ammi, quum pervenit ad explicationem loci Zeph.* II: 3. *quærite juſtitiam, quærite manſuetudinem*, אולי *fortaſſe abſcondemini à die iræ Divinæ, flebat, dicebatque, hæc omnia agenda ſunt, & tunc tantùm* ſubjungitur אולי *fortaſſe.*

(3) Per hos *Rabbaniſtas* Raſchi intelligit תלמידים היוצאין לתרבות רעה.

(4) R. Jehudah à lachrymis ſe continere non poterat, cùm miſerum ſapientiſſimorum hujus mundi ſtatum ſibi ob oculos poſuerit, nam illorum ſapientia in proprium detrimentum vergit, *ubi eſt Scriba* &c. q. d. actum eſt de ſapientia, de ſalute illorum הרי הם נידונים כגהנם יהגה לבך אימה ותאמר איה חכמתן וגדולתן של אלו *ecce ſunt in Gehenna condemnati, cor tuum meditabitur timorem, & dices, ubi eſt ſapientia illorum, ubi eſt magnitudo illorum* Raſchi in Comm. ad Jeſ. XXXIII: 18. Locus hic à Paulo I. Cor. I: 20. citatur, πȣ͂ σοφὸς, πȣ͂ γραμματεὺς, πȣ͂ συζητητὴς τȣ͂ αἰῶνος τȣ́τȣ, & illo non abſimilem infirmitatem mundanæ ſapientiæ probat, quæ in oppoſitione ad σοφίαν θεȣ͂ *ſapientiam Dei* ſtultitia nominanda ſit, dum illa nemo Deum cognoſcere, & communione ejus frui poteſt.

(5) שוקל *penſator.* dupliciter ſumi poteſt; in Gemara tamen is intelligendus videtur *qui* דורש קל כחמור וחמור מקל לפי המשקל של קל וחמור *explicat levius ex graviore, & gravius ex leviore ſecundum*

dum argumentationem minoris & majoris. Juxta Kimchium in Comment. ad l. c. שוקל הכסף מידינו *pendens pecuniam è manibus noſtris.*

(6) מגדל הפורח באויר *Turris volans in aëre.* Raſchi aliam lectionem ſubſtituit מגדל הפתוח לאויר *turris aperta aëri.* Et ita explicat de deciſionibus tentoriorum, quas apprimè citati Viri noverant & illas commodè explicarant, contulit quoque cum Miſchna Cod. אהילות c. IV. מגדל העומד לאויר *Turris ſtans in aëre,* quæ, ſecundum Bartenoram, שיש לו דפנות והדפנות עצמן יש חלל בעביין כגון חורין המפולשין פתוחים לפנים ולחוץ *eſt turris lignea & parietes habet, qui in craſſitie excavati ſunt, cujuſmodi ſunt foramina intus & foris aperta.* Sunt tamen alii, annotante Raſchi, qui referunt ad מגדל דור הפלגה *turrem Babylonicam,* & præterea alii ad literam ל Lamed, quæ in oppoſitione cœterarum literarum turris formam refert.

(7) Hi quatuor Idiotæ & tres Reges in Sanh. fol. 90. I. citantur. Sic verba: *Tres ſunt Reges, & quatuor Idiotæ, qui nullam partem in ſeculo futuro habent. Tres Reges ſunt Jeroboam, Achab, & Manaſſe. Quatuor Idiotæ ſunt Bileam, Doeg, Achitophel & Gechaſi,* Vox הדיוט Origine Græca eſt, ἰδιώτης *Idiota:* non ſemper denotat hominem imperitum, indoctum, ſed etiam talem, qui vitam privatam, rei publicæ non inſervientem, ducit, vel talem, qui oppoſitè ad homines majoris dignitatis Idiota dicendus eſt, uti allata Exempla probant, nullus enim ex his Idiotis imperitus eſt, neque etiam Achitophel, Doeg, publicas functiones obeuntes Idiotæ nominandi, niſi quatenus Regibus opponuntur. Eundem fermè ſenſum vox ἰδιώτȣ nonnunquam in Novo Teſtamento obtinet: I. Cor. XIV: 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τȣ̃ ἰδιώτȣ, *qui ſupplet locum Idiotæ,* qui nonniſi membrum Eccleſiæ eſt, neque publicam docendi Authoritatem habet, quamvis potuerit in illo magna cognitionis menſura eſſe.

(8) מאי אחר *Quid Acher?* Raſchi ſcopum quæſtionis hunc eſſe dicit: Quare ita accidit Acher? quare lex, (quæ tamen illi notiſſima fuit,) ipſum non protexit? R. Quia frequentiſſimè Canticum à Græcis compoſitum dicere ſolebat, cùm ta-

Q men

men vaſtato Templo hoc facere prohibitum ſit juxta Jeſ. XXIV: 9. *cum cantico non bibent vinum.*

(9) נימוס הגרדי Nimus γερδὸς, *textor*. Multi ſunt ex Judæis, qui putant virum hunc hominem Gentilem, moribus & doctrina corruptum fuiſſe. Artem textoriam calluit, uti inter Judæos nullo tempore etiam ſapientiſſimis dedecori erat opus mechanicum exercere, quo habeant, unde vivant, nec bonis Eccleſiaſticis indigeant. In quem ſcopum commodè Rabban Gamaliel fil. R. Jehudæ loquitur cap. Patr. II. יפה תלמוד תורה עם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכחת עון וכל תורה שאין עמה מלאכה סופה בטלה וגוררת עון *Pulchra eſt diſciplina legis cum artificio aliquo adjuncto, labor enim utriuſque oblivisci facit peccati. Omne quoque ſtudium, cui non eſt junctum aliquod exercitium, tandem diſſipatur, trahitque ſecum iniquitatem.* Hinc plures inter Magiſtros Judæorum reperies, qui ab arte, quam calluerunt, denominantur. Exemplo ſit R. Jochanan הסנדלר *Sandalar*, *Sutor*. In Hiſtoria N. Teſtamenti de Aquila & Paulo legimus, quòd fuerint σκηνοποιοὶ *tabernacula conficientes* Act. XVIII: 3. de quo poſteriore certum eſt, quod literis operam navarit, & ad pedes Gamalielis nutritus fuerit c. XXII: 3. ſic tamen, ut aliquod temporis ſpatium opificio addiſcendo impenderit, unde ſine dubio poſtea factum, ut conſtituerit ἀδάπανον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ 1. Cor. IX: 18.

(10) Senſum tum quæſtionis, tum reſponſionis hujus non aptioribus, quàm Raſchi verbis exprimere poſſum: *An omnis lana, quæ in ahenum colorum demittitur, ut intingatur, colorem aſſumat, nec ne. q. d. an omnes diſcipulos ſapientum lex, quam edocuerunt, à peccatis protegat. R. Omnis lana, quæ ab utero matris pura eſt, neque in vellere inquinata, colorem aſſumit, q. d. omnis iſte, qui metum peccati habet, priuſquam ſapientiam edoctus eſt, à lege protegitur.* Idem Authores Toſaphot intendunt: מי שיראתו קודמת לחכמתו חכמתה מתקיימת ודואג ואחיתופל דלא מגני להו תורתן לפי שלא היה להם יראה: *quem timor ante ſapientiam præcedit, illius ſapientia ſtabilis erit, at Doegum, & Achitophelem lex, quam noverant, non protexit, quia illis nullus metus inerat.*

רבי

רבי עקיבא עלה בשלום
וירד בשלום ועליו
הכתוב אומר משכני
אחריך נרוצה ואף רבי
עקיבא בקשו מלאכי
השרת לדוחפו אמר להם
הק"בה הניחו לזקן זה
שראוי להשתמש בכבודי
מאי דרש אמר רבה בר
בר חנה א"ר יוחנן ואתה
מרבבות קדש אות הוא
ברבבה שלו ורבי אבהו
אמר דגול מרבבה דוגמא
הוא ברבבה שלו וריש
לקיש אמר ה' צבאות שמו
אדון הוא בצבא שלו ורבי
חייא בר אבא א"ר יוחנן
לא ברוח ה' ואחר הרוח
רעש לא ברעש ה' ואחר
הרעש אש לא באש ה'
ואחר האש קול דממה
דקה והנה ה' עובר ת"ר
ששה דברים נאמרו בשידים

R. Akibha in pace aſcendit (Paradiſum) & rurſum in pace deſcendit, de illo quadrat dictum Cant. I: 4. *trahe me, poſt te curremus.* Angeli quæſiverunt ipſum R. Akibham depellere, verùm Deus O. M. illos alloquebatur, dicendo, permittite huic ſeni, nam ille dignus eſt, ut gloriâ meâ fruatur. (1) Quomodo potuit cognoſcere (locum præſentiæ Divinæ?) Dixit Rabba Bar bar Chana nomine Jochanan ex Deut. XXXIII: 2. *& ſignum ejus è myriadibus Sanctorum.* Signum igitur eſt inter myriades ſuos. Sed R. Abahu aliunde petiit, ex Cant. V: 9. *Vexillum eſt è myriade*, (2) ſignum hoc eſt in myriade ſuo. Riſch Lakiſch verò ex Jeſ. XLVIII: 2. *Adonai exercituum nomen ejus eſt*, eſt Dominus in exercitu ſuo. (à quo igitur facilè, ceu Dominus dignoſci poteſt.) Et R. Chiia fil. Aba nomine Jochanan ex 1. Reg. XIX: 11, 12. oſtendit, *non erat in vento Adonai, poſt*

שלשה כמלאכי השרת
ושלשה כבני אדם שלשה
כמלאכי השרת יש להם
כנפים כמלאכי השרת
וטסין מסוף העולם
ועד סופו כמלאכי השרת
ויודעין מה שעתיד להיות
כמלאכי השרת יודעין
סלקא דעתך אלא שומעין
מאחורי הפרגוד כמלאכי
השרת ושלשה כבני אדם
אוכלין ושותין כבני אדם
פרים ורבין כבני אדם
ומתים כבני אדם ששה
דברים נאמרו כבני אדם
שלשה כמלאכי השרת
ושלשה כבהמה שלשה
כמלאכי השרת יש להם
דעת כמלאכי השרת
ומהלכין בקומה זקופה
כמלאכי ומספרין בלשון
הקדש כמלאכי השרת
שלשה כבהמה אוכלין

ventum autem illum concuſſio, non erat in concuſſione Adonai, & poſt concuſſionem illam ignis, non erat in eo igne Adonai, denique poſt ignem illum vox ſilentio tenuis, & ecce Adonai tranſiit. Tradiderunt Rabbini, ſex res (3) Dæmonibus attribuuntur, quarum tres cum Angelis communes habent, & alias tres cum hominibus. Hæc tria Dæmonibus cum Angelis communia ſunt, Dæmones habent alas, ſicut Angeli, volant quoque ab uno mundi fine ad alium, ſicut Angeli, ſciunt ea, quæ futura ſunt, ſicut Angeli. (4) Quid? putas quod (ex ſe) ſciant: Non; audiunt potiùs poſt velum, ſicut Angeli. Tria alia ſunt Dæmonibus cum hominibus communia, nam comedunt & bibunt ſicut homines, fructificant & multiplicant ſicut homines, moriuntur quoque ſicut homines. Sex res de hominibus dicuntur, tria illa ſunt cum Angelis, & tria cum beſtiis communia, habent notitiam

ושותין כבהמה ופרין ורבין כבהמה ומוציאין רועי כבהמה·

titiam ſicut Angeli, incedunt corpore erecto ſicut Angeli, (5) loquuntur linquam Sanctam ſicut Angeli. Tria alia hominibus cum beſtiis communia ſunt, comedunt & bibunt ſicut beſtiæ, fructificant & multiplicant ſicut beſtiæ, & egerunt excrementa, ſicut beſtiæ.

ANNOTATIONES.

(1) Ex ſuperioribus notum eſt, quemadmodum Gemarici dicant, quatuor Paradiſum ingreſſos fuiſſe, quorum duo, qui minus cauti ad locum præſentiæ Divinæ reſpexerant, & unus, Acher ſcil. duas ſupremas poteſtates ſtatuens, in veritate non perſtiterat, ſolus autem R. Akibha, prout in pace aſcendit, in pace iterum deſcendit. Quærunt igitur in Gemara, unde huic Magiſtro locus Dei cognitus eſſe potuit, ne cœterorum more à vero aberret. ומהיכן הבין מקום השכינה שנזהר שלא הציץ שם א"נ שלא טעה כמו שטעה אחר *unde locum præſentiæ Divinæ noſſe potuit, & ita præmonitus ad illum non curioſè circumſpexit, aut etiam, quòd non erravit, quemadmodum Acher.* Loca plura, unde R. Akibham petiiſſe Magiſtri dicunt, in ſequente Gemara citantur.

(2) דוגמא, *Exemplar, ſignum.* Eſt vox Græca δεῖγμα. Si igitur vexillum, tanquam דבר היכר העומד לדוגמא להראותו *res cognoſcibilis ſtans in ſignum, ut illum demonſtret*, in Myriade, qui Deum circumſtat, erectum eſt, tunc locus facili modo cognoſci potuit.

(3) שורים Dæmones, à שוד *vaſtare* ſic dicti, nam non aliud quærunt, quàm hominibus damnum inferre. *Eodem ſenſu à Judæis paſſim appellantur* מלאכי חבלה *Angeli perditores ſeu corruptores,* מזיקים *nocivi, quorum omne ſtudium eſt nocere hominum ſa-*

luti (*vid. Pſ.* IX: 1. *Cant.* VIII: 3. *in Targ.*) *ac ſpeciatim Angeli* מות *mortis. Non abeunt multum ab hac ſignificatione nomina* ὀλοθρευτὴς. 1. *Cor.* X: 10. אבדון Ἀβαδδὼν, & Ἀπολλύων Apoc. IX: 11. אשמדי *à* שמד *&c.* Sunt verba Maji, in Antiquitatibus Judaicis verſatiſſimi in Synopſi Theol. Jud. p. 79. Imperitè Menaſſes vocem שדים *à* שדה *campus* derivat, *quia plerunque in locis deſertis agunt.* Nec Gemarici hoc Menaſſe peritiores ſunt, qui tam craſſè de dæmonibus, Spiritibus tanquam Materiâ conſtantibus, loquuntur, velut quòd alas habeant, comedant, bibant, & moriantur &c. Sanè hæc non è Sacro Codice edocti, ſed putidis Magiſtrorum commentis ortum debent. Si plura de Angelorum creatione, generatione velis, adi Buxtorf. Lex. Talmud. p. 2339. Hoornb. Theol. Jud. p. 303. &c.

(4) Gemara hoc in loco negat Dæmones, Angelos futura ſcire: Rectius exiſtimat, quòd, ſi quandam futurorum cognitionem habeant, illam audiverint, quò Deo in judiciis exequendis inſervirent.

(5) לשון הקדש *Lingua Sancta*, id eſt Hebræa. Sic enim Judæi hanc Linguam inſigniunt. Ratio autem Epitheti hujus à variis varia redditur. Sunt qui putant Linguam Hebræam ob Authorem, qui Deus ſit, Sanctam dici. Alii ob terram Sanctam, in qua uſus hujus Linguæ fuerit: Rurſum alii à populo Judaico Sancto, & denique alii à Materia Sancta, quæ Linguâ Hebræâ conſcripta ſit, omnes hæ rationes hujus Naturæ ſunt, ut una alteram non tollat, ſed conjunctæ rem melius probent. Quod vero Gemara dicit, *Angelos loqui Linguam Hebræam,* & à Judæis de propria loquela intelligitur, illud abſque ulla ratione dicitur, cùm enim Angeli, puri Spiritus, ab omni Materia ſeparati ſint, quomodo illis propriè dicta loquela, quæ abſque flexione labiorum non peragi poteſt, adſcribitur. Nec, quando Paulus 1. Cor. XIII: 1. τὰς γλώσσας τῶν ἀγγέλων memorat, Angelis propriè dictas Linguas, quibus more humano cogitata invicem communicant, attribuere vult, loquitur potius על דרך גוזמא והפלגה *excesſivè & Hyperbolicè* & intelligit genus loquendi facundiſſimum, elegantiſſimum, ſuaviſſimum, efficaciſſimum, quomodo de facie Angeli Act. VI: 15. tan-

quam

quam pulcherrima, de חכמת מלאך האלהים *Sapientia Angeli Dei*, tanquam maxima 2. Sam. XIV: 20. Scriptura loquitur.

כל המסתכל בד׳ דברים רתוי לו שלא בא לעולם כו׳ בשלמה מה למעלה מה למטה מה לאחור לתיי אלא לפנים מה דהוה הוה רבי יוחנן ור׳ אלעזר דאמרי תרווייהו משל למלך בשר ודם שאמר לעבדיו בנו לי פלטירין גדולין על האשפה הלכו ובנו לו אין רצונו של מלך להזכיר שם אשפה ; כל שלא חס על כבוד קונו רתוי לו שלא בא לעולם מאי היא ר׳ אבא אמר זה המסתכל בקשת רב יוסף אמר זה העובר עבירה בסתר מסתכל בקשת דכתיב במראה הקשת אשר יהיה בענן ביום הגשם כן מראה

Quicunque conſiderat hæc quatuor, ei melius fuiſſet ſi non intraſſet mundum &c. Rectè dicis, non conſiderandum eſſe id, quod ſupra, (1) id quod infra, & id quod poſt, ſed (quæ cauſa, quòd non liceat conſiderare) id, quod ante, cùm id quod factum eſt, factum maneat. R. Jochanan & R. Eleaſar, duo hi (in explicationem Materiæ præſentis) dicunt Parabolam de Rege humano, qui ſervis ſuis in mandato dedit, ædificate mihi magna Palatia ſuper ſterquilinium, tunc ſervi abierunt, atque ædificarunt, (poſtquam Palatia iſta exſtructa ſunt) (2) Rex non vult, ut mentionem faciant illic ſterquilinium (olim) exſtitiſſe. (3) *Qui non attendit ad honorem Creatoris, ei melius fuiſſet, ſi non intraſſet mundum.* Quid hoc eſt? R. Aba dixit, qui arcum intuetur? R. Joſeph

verò

הנגה סביב הוא מראה
דמות כבוד ה׳ רב יוסף
אמר זה העובר עבירה
בסתר כדר׳ יצחק דאמר ר׳
יצחק כל העובר עבירה
בסתר כאלו דוחק רגלי
שכינה שנאמר כה אמר ה׳
השמים כסאי והארץ הדום
רגלי איני והאמר רבי
אלעא הזקן אם רואה אדם
שיצרו מתגבר עליו ילך
למקום שאין מכירין אותו
וילבש שחורין ויתעטף
שחורין ויעשה מה שלבו
חפץ ואל יחלל שם שמים
בפרהסיא לא קשיא הא
דמצי כייף ליה ליצריה
הא דלא מצי כייף ליצריה
דרש רבי יהוד׳ בר נחמני
מתורגמניה דריש לקיש
כל המסתכל בשלשה

verò dixit, qui (4) in occulto peccat. Ratione illius, qui arcum intuetur, ſcriptum eſt Ezech: I: 28. *qualis eſt ſpecies arcûs, qui exiſtit in nube tempore pluviæ, talis ſpecies illius ſplendoris erat circumquaque, hæc viſio ſimilitudinis gloria Adonai.* R. Joſeph dixit quoad illum, qui in occulto peccat, ſententia eſt ſecundum R. Iſaac, dixit enim R. Iſaac, omnis iſte, qui in occulto peccat, idem eſt ac ſi (5) depelleret pedes Dei, prout dicitur Jeſ. LXVI. *Sic ait Adonai, cœlum ipſum ſolium meum, & terra ſcabellum pedum meorum.* An ita? Nonne dixit R. Elha ſenex, ſi homo in ſeipſo ſentit, quòd concupiſcenta prævaleat, tunc diſcedat in locum, cujus inquilini iſtum non nôrunt, induat nigras veſtes, & nigro (pallio) ſe involvat, (6) atque faciat omne id, quod animus concupiſcit, non verò in publico nomen Dei profanet? R. Nulla eſt objectio. Nam (7) prius dicitur, quando concupiſcentiam

דברים עיניו כהות בקשת
ובנשיא ובכהנים בקשת
דכתיב כמראה הקשת
אשר יהיה בענן ביום
הגשם הוא מראה דמות
כבוד ה׳ בנשיא דכתיב
ונתת מהודך עליו המסתכל
בכהנים בזמן שבית
המקדש קיים שהיו
עומדין על דוכנן ומברכין
את ישראל בשם המפורש
דרש ר׳ יהודה ברבי
נחמני מתורגמניה דריש
לקיש מאי דכתיב אל
תאמינו ברוע אל תבטחו
באלוף אם יאמר לך
יצר הרע חטוא והק״בה
מוחל אל תאמין שנאמר
אל תאמן ברע ואין רע
אלא יצר הרע שנ׳ כי
יצר לב האדם רע ואין
אלוף אלא הק״בה שנאמר
אלוף נעורי אתה

tiam ſuam ſubigere poteſt, ſed poſterius quando illam non ſubigere poteſt. Expoſuit aliquando R. Jehuda fil. Naehmanni qui interpres fuit Riſch Lakiſch. (8) Quicunque tria intuetur, illius oculi caligabunt, arcum puta, Principem, & Sacerdotes. De arcu ſcriptum eſt Ezech. I: 28. *qualis eſt ſpecies arcûs, qui exiſtit in nube tempore pluviæ, talis ſpecies illius ſplendoris erat circumquaque hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Adonai.* De principe exſtat Num. XXVII: 20. *& impertieris ei de gloria tua.* (9) Ad ſacerdotes eo tempore non licitum erat reſpicere, quo domus Sanctuarii ſtabat, & in ſuggeſtu Iſraeli (10) in nomine hamphoraſch ſeu Tetragrammato benedicebant. Expoſuit R. Jehuda fil. R. Nachmanni, qui interpres fuit Riſch Lakiſch. Quid ſibi vult illud dictum Mich. VII: 5. *ne creditote* ריע *ſocio, ne confiditote duci.* (ſed Gemara ſimpliciter intelligit רע *malum*, ſenſus eſt) ſi

שמא תאמר מי מעיד בי
אבני ביתו וקורות ביתו
של אדם הם מעידין
בו שנאמר כי אבן מקיר
חזעק וכפים מעץ יעננה
וחכמים אומרים נשמתו
של אדם מעידה בו
שנאמר משכבת חיקך
שמור פתחי פיך איזו היא
דבר ששוכבת בחיקו של
אדם הוי אומר זו נשמה
רבי זריקא אמר שני
מלאכי השרת המלוין
אותו הן מעידין בו שנאמר
כי מלאכיו יצוה לך
לשמרך בכל דרכיך חכמים
אומרים איבריו של
אדם מעידין בו שנאמר
ואתם עדי נאם ה׳ ואני
אל.

concupiſcentia mala tibi dicit, pecca, & Deus O. M. tibi condonabit, noli credere, nam dicitur *ne credito malo*, non verò quidquam malum eſt niſi concupiſcentia mala, uti dicitur Gen. VIII: 21. *quia concupiſcentia hominis mala eſt*, nec alius Dux eſt, quàm Deus O. M. ſicuti exſtat Jer. III: 4. *Tu dux adoleſcentiæ meæ.* Fortaſſe dices, quis teſtabitur contra me? (ſicuti exſtat in Cod. Taanit. f. 11.) lapides & trabes domus hominis contra illum teſtabuntur, prout dicitur Habac. II: 2. *nam lapis è pariete exclamat, &* (11) *nodus è ligno teſtificatur iſtud.* Sapientes autem dixerunt, ipſa anima hominis teſtimonium contra illum perhibebit, ſicuti Mich. VII: 5. *ab ea, quæ cubat in ſinu tuo, obſerva fores oris tui*, intelligendum igitur eſt id, quod in ſinu hominis cubat, & dico, quòd anima ſit. R. Serika dicit, (12) duo Angeli, qui hominem comitantur, adverſus illum teſtantur, ſicuti dicitur, Pſalm. XCI: 11. *nam*

nam Angelis ſuis præcepit de te, ut obſervent te in omnibus viis tuis. Sapientes dixerunt, ipſa hominis membra contra illum teſtantur, ſicuti dicitur Jeſ. XLIII: 12. *& vos eritis teſtes mei, dixit Adonai, & ego Deus.*

ANNOTATIONES.

(1) Exp. 10. conſtat מה למטה *quod infra eſt*, infra terram denotare, infra quam, juxta Deut. XXXIII: 27. ſunt זרועות עולם *brachia æterna.* אם שאל מי סבלן לא הם על כבוד קונו *ſi quis rogaret, quis illa (brachia) ferat, non attenderet ad gloriam creatoris ſui.*

(2) Argumentatio horum Magiſtrorum hæc eſt; quemadmodum Rex, qui ſuper ſterquilinium ingentia palatia exſtruxit, non vult, ut prior locus, qui deſpectus eſt, in memoriam revocetur, ita quoque Deus non vult, ut quis illum ſtatum, quem mundus ante creationem habuit, anxiè indaget, quia in pulchritudine cum hodierno non comparari poteſt.

(3) רתוי לו שלא בא לעולם. Eſt planè eadem Phraſis, quam Chriſtus adhibet Math. XXVI: 24. Καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, *bonum erat illi homini, ſi non natus fuiſſet.* בוא לעולם *intrare mundum* eſt naſci, ſic hunc modum loquendi exprimit Johannes c. 1: 9. *Lux vera illuminat omnem hominem* ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον בוא לעולם *venientem in mundum.*

(4) בסתר & ſtatim infrà בפרהסיא ἐν παῤῥησίᾳ ſibi invicem opponuntur. Commodè exprimis per voces ἐν τῷ κρυπτῷ, ἐν τῷ φανερῷ *in occulto, in manifeſto* Math. VI: 4.

(5) Ideo is pedes Dei repellere dicitur, qui peccat in occulto אומר בלבו אין השכינה כאן וכתיב והארץ הדום רגלי *quia dicit in corde ſuo, hic Deus non præſens eſt* (in occulto me non videt) *cum tamen ſcriptum ſit, & terra eſt ſcabellum pedum*

dum meorum Raſchi. Sequitur ergò hinc, nihil à conſpectu Dei abſcondi poſſe.

(6) Egregium ſanè antidotum, quod peccatori, ut liberè peccare poſſit, præſcribitur. Videbimus tamen, qua ſub ſpecie talem peccati medelam approbent. Juxta Raſchi: Qui concupiſcentiam ſuam vincere non potens eſt, ideo in locum ignotum diſcedere debet, quia טוב לו בצינעא מפרהסיא *melius illi eſt in occulto, quam in publico* tranſgredi, ita enim minimùm ſcandalum evitatur אם יחטא אין אדם נותן לב לפי שאינה חשיב בעיניהם *ſi peccat, nemo animum ad illum advertit, quia in illorum oculis non æſtimatus eſt.* Aliam inſuper explicationem adfert, quam cum R. Chananeel communem habet, ſecundum quam dilatione temporis, atque hoſpitii immutatione concupiſcentia inordinata ſedatur, verba R. Chananeel hæc ſunt *avertat Deus, quod Gemara permittat tranſgreſſionem committere, mens potius eſt, induatur veſtibus nigris, diſcedatque in locum alium* דלבישה שחורים ואכסנאות מישברי׳ לבו ולא בא לידי עבירה ויוכל לעשות מעכשו מה שלבו חפץ דודאי אין יצרו מתגבר עליו *nam induere veſtes & (mutare) ξενίαν ſeu hoſpitium confringunt cor, ſicque non peccabit, poterit à nunc facere, quod cor deſiderat, nam certum eſt concupiſcentiam ejus ſibi non prævalituram.* Hic ſenſus verborum tolerari poſſet, quapropter miror illum ab Authoribus Toſaphot rejici, & alium, qui multò durior eſt, ab illis eligi. ſcil. illum poſſe actu tranſgredi, qui atris veſtibus indutus in locum incognitum ſeceſſit.

(7) Gloſſa Raſchi, *quando concupiſcentiam ſuam ſubigere poſſet,* ובוטח על שהוא נחבא בסתר כאלו דוחק הרגלים *& tamen confidit, quòd in occulto abſconditus ſit, idem eſt, ac ſi pedes (Numinis) depelleret.*

(8) Non licet vel arcum iridis, vel principem, vel Sacerdotis benedicentis manus intuere, quia in unoquoque horum memoratorum gloria Dei conſpicienda eſt, quam infirmitas oculi humani perferre non poteſt.

(9) ברכת כהנים Benedictio Sacerdotalis, quæ Num. VI. v. 24. &c. deſcribitur. Illam ſacerdotes in ſuggeſtu ſeu loco

emi-

eminentiore ad benedicendum populo diſcedenti proclamare debebant, nam כל כהן שאינה עולה לדוכן עובר בשלשה עשה *omnis ſacerdos, qui non aſcendit ſuggeſtum* (ad populo benedicendum) *tranſgreditur tria præcepta affirmativa*, Sota fol. 38: 2. In proclamatione verò manus elevabant, aliter tamen in provinciis, & aliter in Sanctuario, illic נושאין את ידיהן כנגד כתפיהן *elevabant manus ſuas humeris tenus*, hic autem על גבי ראשיהן חוץ מכהן גדול *ſuper capita, excepto ſummo Pontifice.* Nec ſufficit manus elevare, ſed ſacerdotes ſingulari arte digitos divaricare debebant, ut manus manui per extrema pollicum & indicum jungatur, qualem formam Cl. Wagenſeilius in ſuo Sota p. 672. exhibuit. Jam ſi manus juxta leges ritè expanſæ ſunt, dicunt Majeſtatem Divinam illis inſidere, השכינה שורה על קשר אצבעותיהן ſic Raſchi. Quare Sacerdotes pariter & populus טלית *pallio* facies obducunt, ne, ſi manus intuererentur, cæcitatem oculorum contrahant, ad quam geſticulationem referunt Cant. II: 9. *Ecce ille ſtat poſt parietem noſtrum, proſpiciens, è feneſtris, emicans ex clathris.*

(10) Maxima differentia benedictionis Sacerdotalis in ſanctuario, & extra illud in eo conſiſtebat, ut (quemadmodum Miſn. 6. c. VII. in Sota loquitur) במקדש אומר את השם ככתבו במדינה בכינוי *in Sanctuario* πτεργεgιμματον *efferebatur ſecundum literas, ſed in Provinciis* (*ſubſtituebatur*) *cognomen.* Ad quæ verba ſic Bartenora commentatur ככתבה בי"וד ה"א בכינויו באל"ף דל"ת שאין מזכירין השם ככתבו אלא במקדש בלבד שנ' בכל המקום אשר אזכיר את שמי אבוא אליך וברכתיך סרס המקרא ודרשהו בכל המקום אשר אבוא אליך וברכתיך דהיינו במקדש שם אזכיר את שמי *Cecotbho* ſecundum ſcripturam ejus *cum Jod, He,* יהוה ſcil. בכינוין ſecundum cognomen ejus *cum Aleph Daleth, puta* אדני, *nam non pronunciant nomen, ſicut ſcribitur, niſi in Sanctuario tantum, quemadmodum dicitur Exod.* XX: 24. *quocunque in loco jubebo celebrari memoriam nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi. Inverte locum & ita explica, in quocunque loco venero ad te & tibi benedicturus ſum, hoc eſt in Sanctuario, illic nomen meum commemorare faciam.* Nec in Sanctuario quotidie hoc nomen Dei reveren-

dum pronuntiabant, ſed ſemel tantùm in anno, in illuſtri iſto expiationis die.

(11) כפים Chald. vertit שפא, *fruſtum*. Raſchi חתיכת עץ *Segmentum ligni.* Sic Jud. Germ. שפאן.

(12) *Duo Angeli, qui hominem comitantur* &c. Hæc verba reſpicere videntur dogma de Angelis tutelaribus, quorum duo ſingulis hominibus cuſtodes à Deo dati ſunt; Verum dogmatis hujus fundamentum nullum in citato Pſalmo exſtat, indefinitè enim Pſaltes loquitur *Deum præcipere Angelis ſuis*, ut fidelem *in via cuſtodiant*, non unum, non duos memorat, numerus à ſolo Dei beneplacito pendet, & ſecundum iſtud variat, jam hoc tempore tota Angelorum caſtra fideles cingunt, ut Jacobum, jam alio tempore unus nonniſi in liberationem fidelis mittitur, uti Petro contigit Act. v: 19. Quum hæc Angelorum cuſtodia à ſapientiſſima Dei diſpenſatione pendeat, illum enixe rogamus, ut præcipiat Angelus ſuis periculoſo hoc tempore circa Eccleſiam excubare, imò ipſe Angelus Adonai Eccleſiam proprio ſanguine redemtam ab omni malo liberet.

תם ונשלם לכבוד ה׳ יוצר עולם׃

IN-

INDEX
VOCUM
HEBRAICARUM

	Pag.		Pag.
אגדה	78	למעלה	87
אלהים	18	מגדל הפורח	121
אל תקרי	86	מטטרון	105
את	21	מיכאל	34
אתא	6, 84	מכון	34
בוא לעולם	131	מעון	34
בהו	13, 15	משען משענה	85
בזק	59	נער	88
בפרהסיא	131	סופר	118
בריאות	26	סלק	84
ברכת כהנים	132	סנדלפון	60
בת קול	36, 38	סניגור	65
גיהנם	73	ספרנא	113
גמר	49	עלויה	23
גנז	55	ערבות	35
גער	17, 18	פרדס	97
גן עדן	107	פתח	95
דוגמא	125	צדקה	78
חריוט	121	קמט	74
חבש	88	קרב	4
חרשים	81	ראשי פרקין	48
טרקלין	96	רחף	100
יהוה	88, 133	שדי	12
ינוקא	54	שוקל	118, 120
כפים	134	שידים	125
כרוב	56	שחק	35

שיתלא

	Pag.		Pag.
שיחלא	117	תחום שבת	111
שיננא	120	תחלא	117
שמים	20, 24	תעלא	87
שר חמשים	81, 86	תרבות	107
תהו	13, 15		

INDEX
LOCORUM
SCRIPTURAE.

GENESIS

Cap.	Verſ.	Pag.
I	1. &c.	13, 18
	2	15, 98, 100
II	4	19, 21, 25
XXI	35	91
XXXV	11	12, 17

EXODUS

Cap.	Verſ.	Pag.
XX	24	133
XXIII	22	106

LEVIT.

Cap.	Verſ.	Pag.
XVIII	6	2, 4

NUMER.

Cap.	Verſ.	Pag.
VI	24	132

DEUTER.

Cap.	Verſ.	Pag.
IV	32	7
XVIII	18	61
XX	8	34
XXXI	27	23
XXXIII	2	123

JUDICES

Cap.	Verſ.	Pag.
IV	5	91

JOBUS

Cap.	Verſ.	Pag.
XXII	16	71, 75

XXV.

Cap.	Verſ.	Pag.
XXV	3	70, 73
XXVI	11	17
XXVIII	17	103
XXX	4	29, 35
XXXVIII	15	14

PSALMUS

Cap.	Verſ.	Pag.
XLII	9	28
L	16	109
LXXVIII	23	27
XC	10	37
CI	7	94
CV	8	74
CX	1	76
CXVI	15	95
CXXXIX	5	8, 11
CXLVII	20	41, 49
CXLVIII	7	90

PROVERB.

Cap.	Verſ.	Pag.
VIII	22	61
XIII	9	15
XXII	17	114, 115
XXVII	26	50

ECCLES.

Cap.	Verſ.	Pag.
VII	14	102

CANT.

Cap.	Verſ.	Pag.
IV	11	50
V	10	75

JESAJAS

Cap.	Verſ.	Pag.
III	1--7	79. &c.
VI	2	66, 69
VIII	3	5
XIV	15	36
XVII	18	103
XXXIII	18	118
XXXIV	11	13, 16
XLVIII	13	20
LXI	7	103
LXVI	1	20, 23, 77

JEREMIAS

Cap.	Verſ.	Pag.
V.	1	84

THREN.

Cap.	Verſ.	Pag.
III	23	72

EZECHIELIS

Cap.	Verſ.	Pag.
c. I. totum fermè		41-48
	4	56
	6	66
	7	67, 69
	10	62, 65, 68
	14	57, 59
	15	58, 60
	28	129
X	14	62, 65, 68

I N D E X

Cap.	Verſ.	Pag.
Danielis		
II	22	32
VII	9	48, 75. &c.
	10	70
Amos		
IX	6	19, 23
Michæas		
VII	5	129
Zacharias		
III	1, 2	34
Malachias		
II	7	114
Mathæus		
III	9	92
V	2	95
	17	49
	22	73
VI	1	78
	4	131
VIII	11	97
	26	19
X	24	25
XI	25	63
XIII	16	96
XVI	4	107
XXI	7	91
XXII	46	78
XXIII	3	93
XXIV	22	74
XXVI	24	131
Marcus		
I	15	25
XVI	15	26
Lucas		
XI	27	96
XIII	32	87
XXIII	42	55
	43	97
Johannes		
I	9	131
V	43	6
	48	91
VIII	33	92
Acta.		
I	12	111
X	2	23
XVIII	3	122
I. Corinth.		
XIII	1	120

XIV.

Cap.	Verſ.	Pag.
XIV	8	80
Ad Hebr.		
I	14	35
II	14	62
V	13	54
VII	5	93
XII	22	33
	23	36
I. Petr.		
III.	19	75
Judas		
	9	34
Apocalypsis		
VIII	3	34, 61
XIV	13	49
XXI	6	33

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A

Pag.

R. Abahu 87

Abarbaneli falsò ſententia adſcribitur 47

Abrahami ſemen ſe eſſe Judæi jactitant 94

Abſcondere librum quid. 55

Acher, quare ita vocatur 104
- *dum in utero matris deliteſcebat & dum circumcumcidebatur, mira illi contigerunt* 104
- *prius vocatus Eliſa fil. Abujæ* 102
- *in Sabbatho equitavit* 108
- *raphanum in Sabbatho extraxit* 102
- *Paradiſum aſcendit, & in illo palmites detruncavit* 101, 105
- *non poteſt reſipiſcere* 101
- *habebat filiam, cujus colloquium cum Ribbi* 113

Pag.
Achitophel 118
Adami ſtatura ingens 8
illa non eſt ad literam explicanda 10
corpus biforme 11
Adamus bis formatus 11
cubans, ab uno mundi fine ad alium pertingebat 11
R. Akibha 77, 78, 123
Alæ ſex animalibus adſcribuntur, & in alio loco quatuor 66
triplex ratio conciliationis 66, 67 &c.
quænam imminutæ 66, 67
Alis canticum animalia dicebant 69 *quomodo* ibid.
Altare extructum in cœlo 27
Angeli è fluvio ignis ſeu Dinar creantur, 72
ex ore Dei 72
numerus finitus & infinitus 70
numerus non decreſcit 73
intercidunt. Ratio quare 75
Deum circumſtant 42
loquuntur Linguam Hebr. 125
propriè illis nulla loquela eſt 126
labores nocturni, diurni 28
cum Dæmonibus, Hominibus comparantur 124
Animalia Ezechielis juxta quoſdam denotant quatuor Angelos Principes 44
juxta Maimonidem quatuor corpora cœleſtia ibid.
juxta alios 4 Principes cœleſtes 45
Animalia modò ſex, modò quatuor alas habere dicuntur 66
conciliatio 66, 67
eorum altitudo 37
illa non propriè intelligenda eſt 39
excurrere, reverti dicuntur 59
Ezechielis, Johannis affinia ſunt 65
Anni quatuor partes juxta Judæos 95
Aquarum ſuperiorum ab inferioribus diſtantia 98
Aquilæ facies denotat Imperium Romanum 46
Arcum ſeu iridem non licet intueri 129
Artem mechanicam exercere ſapientibus non indecorum 122
Aſino vehi Orientalibus uſitatum 91
etiam circa tempora Chriſti 91

B.

Bath kol 36
Benedictio Sacerdotalis 132, 133

Pag.
differentia illius in Sanctuario & extra illud 133
Beſtiæ cum hominibus conferuntur 125
Bohu 13, 15
Bos Iſraelitarum accuſator eſt 65, 68
illius facies denotat Imperium Græcum 40
Buxtorfius notatur 100, 107

C.

Caput diſcipuli exoſculari ſolent Magiſtri 92
Cerub quid 62
falſa vocis Etymologia rejicitur, & vera oſtenditur 65
R. Chanania fil. Hiskiæ 53
R. Chanina fil. Douſæ 87
Chaſmal quid 44, 45, 54
varia nominis Etymolog. 54, 56
Cœli quomodo dicti, & quare ita 20
creati ſunt primò juxta Schammai, ex adverſo juxta Hillel 19
Cœlum & terra una creabantur 20
duo 26
ſeptem 26
illorum nomina ibid.

Pag.
illorum altitudo 37
Concupiſcentia prævalens 128
Creationis opus tripliciter explicatur 9
illud non licet coram duobus exponere 7
Deus creavit omnia opera ex oppoſito 102
Currus Ezechielis quid denotat 41
plures opiniones de opere Currus 42
quare opus Currus dicitur 48
eſt dogma ſanctiſſimum 42
illud coram quovis non edocendum eſt 50
non tamen expoſitio illius abſolutè prohibita eſt 43, 52
Magiſtro enim licet ſenem edocere 41
non tamen pueros, unde duo pueri, qui illud exponebant, combuſti ſunt 53
expoſitum eſt à R. Eleaſar fil. Arac, & à R. Jehoſua 89, 93
Opus Currus quo ſe extendit 50
fuit ab Ezechiele & Jeſaja viſum, ille tamen hoc prolixior eſt in recenſendo 61

Pag.
Ratio quare 61

D.

Dactylos comedere, & grana abjicere. Adag. 115,117
Dæmones nocent, liquet ex nominibus 125
cum Angelis comparantur 124
Deus ſuper omnia excelſus eſt 62
Dei locus præſentiæ cognitus, an incognitus 58
quomodo cognoſci poteſt 123
Deo modo albi, modo nigri capilli attribuuntur 75
conciliationis modus 76
pedes repellit, qui in occulto peccat 131
Deus ſe in Canaan, Templo, conſpiciendum præbere ſolet, non in Chaldæa 64
comparatur cum Rege 25
Diſcipulus Sapientis nuce comparatur 115
Diſcipuli quandoque ſimul ſervierunt Magiſtris 24.
Sic diſcipuli Chriſti ibid.
Doeg 118

E.

Pag.
Eden cœli typus 107
R. Eleaſar fil. Arac magni habitus 93
Opus Currus expoſuit 89
Eliæ apparitiones plures Judæi fingunt 116, 117
Elias dubia exponit 116
Expanſum quid 27
aliud ſupra capita animalium 32
Ezechielis librum Judæi abſcondere voluerunt 53
ratio quare ibid.
Ezechiel ſimilis eſt filio ruſtici ſecundum Gemaricos 61
opus currus prolixè recenſuit 64
Templum Ezechielis myſticè intelligendum 55
tertium à Maimonide &c. exſpectatur 55
In Ezechiele ſunt quædam ἐναντιοφανῆ 55

F.

Flere ſæpe in Gemara Magiſtris adſcribitur 114, 118, 120

Ge-

Pag.

G.

Gehenna unde. 73
Gemaræ uſus ut Miſnam exponat. 4

H.

Hieroſolyma corruit, quia viri fide digni defecerunt. 84
Hieroſolyma diruta viri fide digni nondum defecerunt 83
cœleſtis 27, 33
Homines in tribus cum Angelis & cum beſtiis comparantur 124

J.

Idiota 121
Idiotæ quatuor nullam partem in ſeculo futuro habent 119, 121
Imperia quatuor mundi 46
Inceſtûs dogmata non licet coram tribus exponere 1, 2.
cauſa quare 2, 4
Interpretis munus inter Judæos uſitatum, fortaſſe in Eccleſia N. Teſt. etiam adhibitum 86
Interpres 50. *annos habere debuit* 81
Judæorum Veterum teſtimonia de Meſſia genuina

Pag.

ſunt 106
à recentioribus corrupta 106

L.

Lamentatoris officium 113
Leonis facies denotat Imperium Aſſyriacum 45
Lex Judæis in ſignum diſcretivum datur 49
danda demum erat poſt elapſum mille ſeculorum 74
data tamen erat poſt effluxum XXVI. *ſeculorum* 74
verba legis qualia 103
addiſci poteſt ex ore mali Magiſtri 114, 115
ſed à diſcipulo erudito 117
Legis Divinæ notitia peccatorem ab igne Gehennæ cuſtodit 112
arcana Gentili non tradenda 40
Lingua Sancta Hebræa eſt 126
Linguarum exoticarum notitia utilis eſt 23
Lux primi diei quid 41
ſuſpenſa eſt demum quarto die ibid.

Ma-

Pag.

M.

Magiſter cui ſimilis eſſe debet 114, 116
Maimonides refutatur. 44
Maledictiones 18. *Jeſajas Iſraeli interminatus eſt* 79
Maris dilatatio & conſiſtentia 17
Matres beatæ prædicantur ob eruditionem filiorum 96
R. Meir fuit diſcipulus impii Acher: quo jure potuit diſcipulus eſſe 114, 116
Deus R. Meir ſententias non repetit 116
Meſſias verus Deus eſſe debet 77
Metatron.
Nominis Etymologia 105
Attributa 105, 106
poteſtatem habet conſidendi in cœlo 107
LX. *flagris ignis percuſſus fuit* 106
ex his colligitur, quod Metatron ſit Angelus increatus, Chriſtus 106
Miſnæ ordines olim ſexcenti aut ſeptingenti fuerunt 85
Michael.
Etymologia 33
Nomina & officia ibid.
offert in cœlo 27

Pag.

eſt Chriſtus 33
Molæ in cœlo tertio conſiſtentes 27
Mundus primò creatus ſecundum attributum Judicii 18
in decem attributis divinis creatus eſt 16
Mundi dilatatio quomodo 17
Mundi fines quingentorum annorum ſpatio diſtant 12
præſens cum nocte comparatur 28, 35
futurus cum die. ibid.

N.

Nachum gam ſu 21
Nebucadnezar quomodo filius Nimrodi dici poſſit 39
fuit ſcriba in domo Regis Baladan 39
Nix non tantum vindictæ, ſed quandoque etiam benedictionis ſignum eſt 35
Noachidæ præcepta quænam 5
illa Gentiles etiam obligant ibid.

O.

Opus Creationis, vide Creatio
Currus, vide Currus.

Pa-

P.

Pag.

Parabolæ uſitatæ ſunt ſcriptoribus N.T. & Gemaricis; 25

Paradiſus eſt locus juſtorum 97

illum ingredi quid 97

illum quatuor ingeſſi ſunt 95

Peccatum in occulto, in manifeſto. Illud juxta Judæos quodam modo licitum, hoc non 128

Penſator 118, 120

Pes rectus quid. 67, 70

Precari ſub arboribus in uſu eſt 91

licet, dum quis aſino inſidet 92

Principia capitum quid 48

illa dantur ſapienti ad opus Currûs cognoſcendum 40

Pumbeditha 51

R.

Reges quinam inter feras, animalia manſueta, aves 62

Ros, quo Deus mortuos vivificaturus eſt 31

Rota una eſt Angelus 58

vel ſecundum Maimonidem eſt Materia pr. 44

Pag.

Rotæ quatuor ſunt quatuor Imperia 46

vel juxta Maimonidem 4. Elementa ibid.

S.

Sabbathi terminus 111

in Sabbatho interdictum eſt equitare 111

Sacerdotalis benedictio 132, 129

Sacerdotis benedicentis manus non licet intueri ibid.

Sandalphon

Etymologia 60

eſt Angelus, ejus magnitudo 58

attributa, hæc in Chriſtum optimè quadrant 60

Scabellum 23

Scientia naturalis non coram omnibus docenda 9

Scriba 118

Secula 974. decurtata, 72, 74

Sedere ad latus Dei nulli homini adſcribi poteſt 76, 77

Seniores 51

Solium in ſingulari & ſolia in plurali Deo adſcribuntur 76

loca conciliantur ibid.

Spiritus Dei non eſt ventus 15

fil. Suma 95

T.

Theſauri iræ Divinæ quinam 29

benedictionis 31
iræ Divinæ ſunt in terræ 29
Tenebræ ſunt coram Deo, & non ſunt 37
Terra primò creata juxta Hillel è contra juxta Schammai 19
primò extenſa fuit 20
quibus fundamentis innititur 22
ſuper 12. columnas. Al. ſuper 7. al. ſuper unam columnam ſtat 23
Tetragrammaton tantùm ſacerdotes, & quidem ſemel in anno proferre poterant 133
Tohu quid 13, 15
Triclinium nonnunquam Judæis cœlum denotat, unde Phraſis diſcumbere in regno cœlorum 97
Turres numerans 118
Turris volans quid 121

V.

Velum ſeu cortina cœli 26, 33
Venire Gemaricis eſt docere 6
Vitæ humanæ dies 37
æternæ dictincti gradus 97

F I N I S.

Addenda & corrigenda.

Pag. 3. lin. 9. & 10. lege נפיש יצריה p. 14. lin. 6. poſt מהן שנ׳ וימנע מרשעים אורם ולמי גנזו subjunge וגנזו p. 15. lin. 18. בְּגִ׳ p. 77. lin. 17. dele *natus*.